aũt veniẽte ceſſabũt ⁊ poteris illã diſtribue/
re ꝓ deo ſi volueris. acquieuit ille. ⁊ cũ ſecut⁹
fuiſſet nunciũ vſq̈ ad domũ pr̃is ille diſparu
it. ⁊ ille patrẽ inueniẽs viuũ confuſus in ſe cũ
ipſo remãſit. ⁊ multis ſceleribus ſe implicans
fine miſerabili vitã finiuit. Scđs ſoci⁹ mũdus
ẽ cum quo ſociari nõ debemus ꝓpter h̃ quia
nimis ſumptuoſus eſt. Tertius ẽ caro qui eſt
ſocius nimis accidioſus. vult eñ cum aĩa co/
ronari. ſed nõ vult cũ ea decertare. vt dic̃ Au
D guſtin⁹ li. ſoli. c. vlt. Scđo ꝑegrinus omĩ die
numerat ſiue cõputat quot miliaria tranſiuit
⁊ quot habet adhuc ad eunduȝ. ſic ⁊ q̃libet q̃
omĩ die tendit ad terminũ ad quẽ videliȝ be
atitudinẽ debet numerare ſeu cõputare. Pri
mo mũdane glorie vanitatem. ⁊ certe videbit
ꝙ ipſa parũ eſt appreciãda ergo nõ amanda.

ꝙ videlicet ꝓpt̃ ipſam vellet ab itinere ad fu/
turam beatitudinẽ retardari. quia dicit btũs
Aug⁹. ſuꝑ pſ̃. lxix. Inanis eſt gloria hui⁹ ſe/
culi. fallax eſt ſuauitas. infructuoſus labor. et
ꝑpetuus timor. ⁊ ꝑiculoſa ſublimitas. initiuȝ
ſine prudẽtia. finis cũ penientia. Hanc penitẽ
tiam cõputauit ille rex. de quo dicit valerius
li. vij. c. ij. Rex inq̃t ille ſubtilis inditij quẽ fe
cerunt traditum ſibi diadema ꝑ̃uſq̈ capiti im
poneret retẽtũ diu cõſideraſſe ⁊ dixiſſe. O no
bilem magis q̃ȝ felicẽ coronam quã ſi quis pe
nitus agnoſcat q̃ȝ multis ſollicitudinib⁹ ꝑicu
lis ⁊ miſerijs ſit referta vt hanc iacentẽ tolle/
re velit. Scđo computare debet tempis bre/
uitatẽ ⁊ poſtq̃ȝ eaȝ cõputauerit. inueniet ꝙ ſit
modica vel nulla. iuxta illud pſ̃. xxxviij. Ec/
ce mẽſurabiles poſuiſti dies meoſ. ⁊ ſubſtãtia
mea tanq̃ȝ nihil añ te eſt. Iſtã breuitatem be=
ne cõputauit xerſes qui alexandro ſuadente
rex nullo modo fieri voluit. In iſtius tñ tem/ E
poris breuitate. tria magna negocia oportet
quẽlibet hoĩem ſeruare. ſcȝ obedientiã prece=
ptorum. penitentiã peccatorũ. ⁊ beniuolentiã
ꝓximorũ. in cui⁹ figura dicit̃ Apoc. xxj. ꝙ an
gelus qui muros ciuitat̃ hierl̃m menſurauit
habebat mẽſurã arundineã. ⁊ mẽſus ẽ muros
ciuitatis. cxliiij. cubitorũ. Moraliter aĩa nr̃a
eſt ciuitas dei ſummi in qua ꝑ gr̃am inhabita
re dignat̃. Murus ei⁹ corpus corruptibile.
iſtos menſurare debȝ ratio cõputando quoti
die vite breuitatẽ ⁊ mortis vicinitatem. ſic tñ
menſuret vt habeat centũ quadragintaq̃tuor
cubitos. in centenario obedientia p̃ceptorum
intelligit̃. decies eñ decem faciũt centũ. Nos
ergo ſi q̃nq̈ ſenſus exteriores ⁊ q̃nq̈ interio=
res reducam⁹ in decẽ p̃cepta decalogi. x. mul
tiplicam⁹ ꝑ. x. ⁊ ad. c. obediẽtie p̃ceptorũ ꝑue
niemus. ⁊ ſic in centũ annis edificam⁹ arcaȝ in
qua ſaluamur in diluuio hui⁹ vite Geñ. vj. ſȝ
debȝ habere muros corpis nr̃i. cxliiij. cubitoſ
qꝛ nõ ſolũ oportȝ nos hr̃e obedientiã p̃cepto=
rũ ſȝ etiã penitentiã. qꝛ in multis offendimus
oẽs. hec penitẽtia in nũero quadragenario đ
ſignat̃. Iſte eñ numer⁹ ẽ numer⁹ pñie ab ec/
cleſia conſecrat⁹ ⁊ merito. ſi eñ oẽs ꝑtes aliq̃
tas ipſi⁹ quadragenarij capiam⁹ faciunt q̃nq̃
ginta p̃ciſe. vñ. xl. eſt numer⁹ ſuꝑabundãs v=
bi gr̃a. j. ij. iiij. v. viij. x. xij. nõ hñt plures ꝑtes
aliquotas. ⁊ iſta cõplent. l. Quinq̃ginta v̈o ẽ
numer⁹ gr̃e ⁊ remiſſiõis ſ̃m qđ cõputabat̃ an
nus iubile⁹ in lege iudeorũ. In ſignũ g̃ ꝙ ꝑ ſa
cramentũ pñie ꝑfectã cõſeq̃mur remiſſionem
pctõꝝ q̃dragenari⁹ numer⁹. cui⁹ ꝑtes aliq̃te
faciũt. l. q̃ ẽ numer⁹ remiſſionis pñie cõſecra/
tus. Sic g̃ mẽſurabim⁹ ⁊ cõputabim⁹ numeꝝ
nr̃m ꝙ habeat. cxliiij. cubitos. ⁊ iſte total̃ nũe
rus cõpoſit⁹ ẽ numer⁹ hũane ſaluti deputat⁹.

Tertio cõputare ⁊ mēſurare debet vite futu/
re iocūditatē recolligēdo. ꝙ beatitudis gau/
dia recipiet ꝓ momētaneis meritis in pñti nõ
inueniet mēſurā ꝓ menſura qua ꝑmiat̃ vltra
cõdignū. ſed inueniet verificatuꝫ qꝺ ſcribitur
Lu. vj. mēſurā bonā ⁊ confertā ⁊ coagitatā ⁊
ſupeffluentē dabūt vob̄ in ſinū vr̄m. Uel alio
mõ ſic̄ pegrinus q̄tidie cõputat. ſic bonꝰ xp̄ia=
nus q̄tidie vitā ſuā examinat. vñ Sen̄. li. iij. d̄
ira ꝯſus finē. quotidie animꝰ ad rõnē redden
dam vocandꝰ eſt. hoc faciebat ſextinꝰ nr̄ vt cū
cõſūmato die cū ſe ad nocturnā q̄etē recepiſſꝫ
int̃rogauit aim ſuū qꝺ hodie maluꝫ tuū ſana=
ſti. cui vitõ obſtitiſti q̄ pte melioꝛ factꝰ es. Ter
tio pegrinus q̄tidie de termino cogitat. termi
nus iſte ē patria celeſtꝲ. de q̄ ſemꝑ debemꝰ co/
gitare. quia in hoſtili terra dulcis recoꝛdatio
p̄rie eſt. hūc t̄minū recogitauit dauid ps̄. cxix
qñ dixit. heu mihi. qꝛ inco. me. ꝓ. ē. ſic ⁊ pau/
lus ad Phil̃. j. q̄ ait. cupio diſſolui. i. moꝛi ⁊ eē
F cū xp̄o. Scd̄o pegrinꝰ tria vitat. Primo the=
ſauri ſui oſtenſionem. ſic deuotꝰ xp̄ianꝰ ſemꝑ
vitat oſtenſionē ſuarū ꝟtutū. que ſunt theſau
ri anime ꝑ iactātiā q̄n potiꝰ eas occultet ꝑ hu
militatē. ⁊ hoc docet elephas de q̄ dicunt na=
turales. cū em̄ in aqua vel in ſilua parit ⁊ vbi
parit ibi fetū dimittit. ꝓpter dracones q̄ ei in=
ſidias ponūt. Sic q̄ bonū opꝰ facit ſiue in aq̄s
p̄nie vel cõſcientie. vel in ſilua ꝯtemplatiue vi
te ſi nõ vult a draconibꝰ infernalibꝰ inſidianti
bus rapi ſicut in occulto illud facit. ita nõ exi=
gente neceſſitate occultū illud teneat ⁊ non in
publicū illud ꝑ iactantiā vel oſtēſionē dedu/
cat. quia dicit Gregꝰ. in omel̃. depdari deſide
rat qui theſaurū publice in via poꝛtat. ideo q̄
libet hõ bonū occultare dꝫ ne diabolꝰ illꝺ per
inanem gloꝛiā recipiat. de hoc vide pte. j. dñi
ca in. l. s̄mo. ij. H. T. Scd̄o pegrinꝰ vitat ho=
ſpitis deceptionē. quia multi ſunt q̄ pegrinos
recipiunt ⁊ eos decipiunt ⁊ occidūt. ſic̄ refert
Boe. li. ij. ꝓſa. vj. de quodā noīe buſilides q̄
ꝯſueuit hoſpites ſuos necare. dicit ꝗ buſilidē
accipimꝰ necare hoſpites ſolitū. Et vt dic̄ gl̃.
ſcꝫ Tho. ſic baſilides fuit filiꝰ neptuni ex ma
tre lidia. Moꝛalr̃ hoſpes nr̄ eſt mundꝰ q̄ nos
hoſpitat. vt hr̄ latius s̄. feria. ij. reſurrectiõis
F. ij. R. h ſicut hoſpes grauiſſimū vultū oſtē=
dit. lectiſternia honeſta demõſtrat. bona vina
ꝓpinat. ſꝫ in fine ꝑciſſime ⁊ diſtrictiſſime com
putat. ⁊ int̃dū necat. qꝛ ille ē ſenex apud queꝫ
nõ ē hoſpitandū. de q̄ s̄. dñica. j. pꝰ paſca. F. ij
G M. ⁊ P. Tertio pegrinus vitat ſuꝑfluꝰ ni=
miā onerationē. q̄to minꝰ ei põt ſecū poꝛtat d̄
veſtibꝰ ⁊ de alijs q̄buſcūq̄ꝫ. ſic boni cognoſcē
tes ſe pegrinos in h̄ mūdo vitāt oneratõꝫ ſui
ipſiꝰ. ⁊ tm̄ q̄rūt de diuitijs q̄tū necr̄iū ē eis di
cētes cū aplo. j. Timo. vj. hn̄tes alimēta ⁊ qui

bus tegamur his cõtenti ſimꝰ. Talis bonꝰ hõ
mo fuit diogenes. q̄ onerationē diuitiarū vi/
tauit. de q̄ ſcribit eudoxus in li. phoꝝ. ꝙ in do
lio volubili locupletus ducebat pauꝑtatē. et
domū ſe gloꝛiabat̃ hr̄e. ⁊ cū tp̄ibꝰ ſe cõmuta/
re ſolebat. Tp̄e em̄ frigorꝲ os dolij ꝯtebat ad
meridiē vt hr̄et caloꝛē. Tp̄e ꝟo eſtatꝲ ad ſeptē
trionē vt hr̄et vmbꝛā ⁊ vbi ſe ſol inclinauit ibi
ſe ꝯtebat. Quodā ꝟo tp̄e in vſum potādi va=
ſculū ligneū hn̄s vidit puerū ꝯcaua manu po
tantē. ſtati ꝓiecit ad t̃rā vaſculū dicēs. Neſci
ebam ꝙ natura vas ad potandū poculū hr̄et.
Alio etiā tp̄e cū mūdaret olera ſua accedēſ ad
eum ariſcippꝰ dixit. Cū ſapiēs ſis ⁊ phs ⁊ mi
hi crediſſes ⁊ regibꝰ ſuire voluiſſes nõ ole
ra tua lauares. ſꝫ in aula ſūmi regis ⁊ p̄ncipis
mecū maneres. Cui rn̄dit diogeneſ. ſi mihi cre
didiſſes et mediocri pauꝑtate vti ſcires. non
opoꝛteret te regibꝰ adulādo mētiri. Talis em̄
bonꝰ xp̄ianꝰ fuit b. Paulꝰ q̄ ait Act. xx. Auꝝ
⁊ argentū nulliꝰ cõcupiui aut veſtē ſic̄ ipſi ſcitꝭ
q̄m ad ea que mihi opꝰ erat ⁊ his q̄ mecū erāt
miniſtrauerūt manꝰ mee. Et ibidē ait. Opoꝛ
tet meminiſſe ꝟbi ieſu xp̄i q̄m ip̄e dixit beatiꝰ
es dare q̄ꝫ accipere. ⁊ ſic prudētes. ſ. xp̄iani ſi
q̄d ſupfluū poſſidēt elemoſynis erogēt. ⁊ h̄ ē
valꝺ ſapient̃ fcm̄. qꝛ videmꝰ ꝙ int̃dū pegrini
pecuniā ſuā nõ poꝛtāt. ſꝫ mercatoꝛibus eaꝫ in
p̄ria ſua tradūt lr̄is coꝝ receptꝲ. vt ab alijs eiꝰ
dē ſocietatꝲ mercatoꝛibꝰ intm̄ r̄cipiāt i p̄ria ad
quā vadūt. Paupes ei ſūt mercatoꝛibꝰ ſileſ q̄
hn̄t venale r̄gnū celoꝝ. q̄m ip̄oꝝ ē. mat. v. hiſ
tradūt diuiteſ pecuniā ſuā i elemoſynā. recipi
entes ſecuritatē ab eis. vicꝫ lr̄as ſci euangelij
ꝙ pecunias ſic elemoſynas datas tādē imo cē
tuplū recipiēt i p̄ria ſua futura. Sꝫ ſūt eꝫ mul H
ti auari q̄ q̄ꝫuis in pñti vita ſunt pegrini. ſe tm̄
onerāt pecunijs in det̃mētū aiarū ſuaꝝ. Quo
rū fatuitas ꝑmo ptꝫ ex h̄ qñ aliq̄s ē viatoꝛ. ⁊ ē
trāſiturꝰ ꝑ locū vbi ſe ſcit ſpoliādū tūc fatuꝰ ē
ſi ampliꝰ vult de pecunia ſecū hr̄e q̄ꝫ ſit ei ne/
ceſſaria ad expēſas vſq̄ꝫ ad locū q̄ tēdit. onus
em̄ eēt ſibi vt amitteret eā. Moꝛalr̃ locus ꝑ
quē trāſituri neceſſario ſumꝰ ē moꝛs. qꝛ ſtatu=
tū ē oibꝰ hoibꝰ ſemel moꝛi. ⁊ in h̄ loco hõ ſpo=
liat̃ q̄ſi ꝑ anguſtū foꝛamē oibꝰ rebꝰ ſuis. Iux
illud Iob. xxvij. Diues cū doꝛmierit nihil ſe
cuꝫ aufert apiet oculos ſuos ⁊ nihil inueniet
ꝓpter qꝺ dixit b. Bern̄. Quid tu camele gib=
bum. q̄d tu pecunioſe ꝓditiõis loculos tollis
nõ ſic impie nõ ſic ingredierꝲ acꝰ huiꝰ ſarcinas
non admittit. Itē ſpoliat̃ hõ quaſi rediturus
in ventrem matris ſue ſcꝫ terre. de q̄ dr̄ Eccl.
xl. Iugū graue ſuꝑ filios ade ab ea die exitus
de ventre mr̄is eius vſq̄ꝫ i diē ſepulture i ma=
trem omnium. Et Iob. j. Nudus egreſſus
ſum de vtero matris mee. nudꝰ illuc reuertar.

Tertio ſpoliat̄ homo in morte ad inſtar dam
natorū. qui patibulo ſunt tradendi. Fatuus ē
ergo auarus qui diuitijs ſecū vult habere cū
ſciat ſe in morte ſpoliandū eſſe. ⁊ non vult eas
in locum mittere ſecurū in manus pauperum
Quia dicit Gregoriꝰ. Securius feruntur di/
uitie de patria ad patriā per manus plurimo
rum ꝙ̄ vnius. Secūdo ꝓbat̄ ſic hec fatuitas
quādo aliquis nauigator eſt ⁊ naufragium ſi
bi imminet. ſtultus eſt ſi multa ſecum habet.
dicit em̄ Gregꝰ. ſuper Job. iij. Cum fluctꝰ im
minent tunc de naui proijciunt pro quibꝰ lon-
ga nauigia ſumpſerunt. Et ſi naute imminen-
te naufragio. ea que in naui habeant proijci/
unt. ſtultus eſt homo qui ſe multis bonis for-
tune onerat cū naufragiū ſui corpis immine
re cito ſciat. quia talia bona ipſum fortaſſis ī
profundū demergent. Ex quo dicit Seneca.
Nemo cum ſarcinis enatat. Tertio ſic cū ali
quis ſcit furtiuā eſſe pecuniam non vult eam
ſecum portare. ne ſi apud eum inueniret̄ teſtiſ
foret ſue damnatiōis. ⁊ ſi quis hoc fecerit ſtul
tus apparebit. ſic ſtultꝰ eſt homo qui ſic ſe one
rat pecunia male acquiſita. hec erit teſtis ſue
ppetue damnatiōis. ⁊ de talibꝰ qui ſic ſe one-
rant dicit apoſtolꝰ Jaco. c. v. aurum ⁊ argen-
tum veſtrum eruginauit. ſcꝫ in terram abſcō-
ditam. ⁊ erugo eorū erit vobis. id ē. ꝯtra vos
in teſtimoniū. ⁊ manducabit carnes veſtras
ſicut ignis. q. d. affligit voſ. quia erit cauſa af
flictionis in gehenna. theſaurizatis vobis irā
in nouiſſimis diebus. i. cōgregatis vobis dei
vindictam. Quarto ꝓbat̄ ſic. cum aliquis ſe
onerat pecunia in via ⁊ ſcit ꝙ hoſtes ⁊ latro/
nes eum inſequunt̄ certe fatuus ē. ſic ē de illo
qui congregat mltas diuitias. ⁊ ſcit ꝙ hoſtes
inuiſibiles. ſcꝫ demones ipſum pſequūtur. et
nō vult eas ponere in loco tuto ⁊ ſecreto. hoc
eſt in manus pauperū. Jdeo bonā doctrinam
ponit btūs Bern̄. in quodā ſermone. mūdus
em̄ talē ianitorē cōſtituit qui nihil inde aſpor
tari pmittit de mūdi facultatibus. verūtamē
culpa ⁊ vitium virtus ⁊ meritū ipſam inuiſibi
lem aīam cōſequunt̄ nec poſſunt hec portarū
anguſtia detineri. Jgit̄ ſi volumꝰ aurū noſtrū
⁊ argentū illeſum auctū atqꝫ multiplicatū re
cipere in patria celeſti. ad quā tendimus. de/
bemus pauperibꝰ dare quorum eſt illa patria
mercātes cum illis. danteſqꝫ eis hic qđ ibidē
ſumus recepturi. hec ille. Tertio pegrinus p-
acta pegrinatione tria in patria ſua veniēs re
portat. ſ. de peccatis indulgentiā ab amicis re-
uerentiam. ⁊ deinde quieſcēdi licentiā. Sic ⁊
chriſtianꝰ bonus ⁊ deuotus qui hic pegrina-
tionē ſuā egit. in morte ſua reuertit̄ ad pr̄iam
celeſtē. portat ſecū indulgentiam pctōꝝ. quia
niſi pctā ſua eſſent indulta nullo modo recipe
retur ciuis in illa celeſti patria. quia nullū co
inquinatū intrabit in eā Apoc. xxj. ⁊ ſicut re-
uerenti a pegrinatione ſolēt amici pceſſiona/
liter occurrere. ⁊ in domū ſuā letant̄ adduce-
re. ſic in morte ſanctorū in pegrinatiōe huius
mūdi redeuntiū occurrūt ſancti angeli domi.
⁊ eos ad celeſtē domū adducunt ſicut pie pe-
tit eccleſia. Subuenite ſancti dei. occurrite an
geli dn̄i. ⁊c̄. Q aūt angeli occurrūt ciuibꝰ celi.
patet ex hoc ꝙ dicit Damaſc̄. li. v. hoc ipſum
firmiter ⁊ impterrite credamus ⁊ teneamꝰ ꝙ
anime ad purgatoriū nō a demōibꝰ ſed ab an-
gelis deducant̄. ⁊ ſi deducāt̄ ab eis in purga-
toriū. multo magis in celum. Sicut ptꝫ de
Lazaro cuiꝰ aīam angeli in ſinū abrae gaudē
ter deduxerūt. Luc. xvj. Et tūc cōſequit̄ qui
libet ſanctꝰ poſt labores hic habitos ppetuā
quieſcēdi requiē. quia amodo dicit ſpiritꝰ vt
requieſcant a laboribꝰ ſuis. Apoc. xiiij. Jdeo
dicit dn̄s Eſa. xxxij. Sedebit pplus meus in
pulcritudine pacis ⁊ in tabernaculo fiducie. ⁊
in requie opulenta ad quā requiem nos pdu-
cat ⁊c̄. Quartum ad ſcđm pncipale hortat̄ nos
apoſtolꝰ a fornicationis abſtinentia. cum dic̄
abſtineatis vos a carnalibus deſiderijs que mi
li. aduerſus animam. Scribunt naturales cir
ca mare mortuum ſunt pulchre arbores. pul/
chra poma. quo ad apparentiam ferētes. ⁊ ꝙ̄-
uis ſunt pulcra ⁊ delectabilia exterius tamen
immūdicijs ⁊ cineribus interius plena. ita eti
am videmus quādoqꝫ pulchrū pomum rubi-
cūdi coloris extrinſecus. ⁊ ſuauis odoris ⁊ ap
paret valde bonum. ⁊ tamen intrinſecus latet
vermis corrodens. a quo inuenit̄ totum cor/
roſum interius. Moraliter per mare mortuū
intellige pſentem mundum. ſed per arbores i-
tellige mundanos homines. per poma xo ex-
terius pulchra ⁊ ſuauis odoris vel ſaporis in
intelligitur corporalis cōcupiſcentia que exte
rius videtur ſuauis ⁊ delectabilis tempe de/
lectationis ⁊ tempe temptationis ⁊ ppetrati/
onis. Et tn̄ cum ſcelus fuerit ppetratū inueni
tur interius in corde vermis corrodēs conſci-
entia. Et hoc figuratū eſt Jone. iiij. poſtꝙ̄ io-
nas predicauit ſubuerſionē niniue ciuitatis.
egreſſus eſt ipſe ſcꝫ ante terminum. xl. dierū.
⁊ ſibimet fecit vmbraculum. ſcꝫ contra eſtum
ſolis et preparauit dn̄s deus ederam ſcꝫ faciē
do eam ſubito creſcere ſupra curſum nature.
⁊ letatus eſt ionas. ⁊ ſequitur ꝙ deus prepa/
rauit vermē et percuſſit ederam corrodendo.
videlicꝫ radicē ⁊ triſtatus eſt ille. ⁊ petiuit aīe
ſue vt moreret̄. Moraliter ionas interpreta-
tur colūba ⁊ ſignificat hoīem ſimplicē. edera
ē pax ꝯſcie. Si igit̄ talis ſimplex letat̄ vel de-
lectat̄ carnaliter videlicꝫ actū ppetrādo. ſtati
preparat deus vermē mordētis cōſcientie. p

quã aret edera.quia turbaẗ cõſcientia trãſeũ=
te actu atq̄ȝ remanẽte reatu.⁊ ideo valde fatu
us ē qui iſtũ vermẽ nõ interficit q̄ȝ cito põt.qꝛ
niſi interficiaẗ in hac vita.viuet ineternũ.iux̄
illud Eſa.vlti.vermis eoꝝ nõ morieẗ. Ideo
btũs Petrus hortaẗ nos abſtinere a carnali=
bus deſiderijs.cũ dicit abſtinete.in q̄b⁹ v̄bis
duo facit p̄ncipaliter. a q̄bus cauere debem⁹
determinat.q̃õ cõuerſandũ eſt cũ hominib⁹
L informat. Primo igiẗ a quib⁹ cauere debem⁹
informat ⁊ determinat.cũ dicit. obſecro vos
tanq̄ȝ aduenas abſtinere vos. Dicũt aſtrono
mi ꝙ quilibet planeta celeſtis fortior in ꝓpria
q̄ȝ in aliena domo exiſtit.⁊ forti⁹ inde imp̄mit
atq̄ȝ agit.domus em̄ planetarũ dicunẗ ſigna
celi in quib⁹ planeta q̄libet diciẗ hr̄e domũ ſu
am.nã domus ſaturni vt dicit albumaſar pri=
ma ⁊ ꝓpria ē capricorn⁹.ſimiliter ⁊ aq̄rius do
mus iouis.piſcis ⁊ ſagittari⁹ dom⁹ mart̄.ari
es ⁊ ſcorpio domus veneris.libra ⁊ thaurus
dom⁹ mercurij.v̄go ⁊ gemini dom⁹ ſolis.leo
⁊ cancer dom⁹ lune. Et ſic patȝ ꝙ ſol in leone
quia dom⁹ eius ē ꝓp̄a fortior ē q̄ȝ in alio ſigno
⁊ ſimile eſt in alijs. Moraliter caro nr̄a i mũ/
do iſto ē velut in domo ꝓpria.ſpũs v̄o tanq̄ȝ
in aliena.quia de celo ⁊ illuc tendere nitiẗ. iõ
freq̃ter ꝯtingit ꝙ caro p̄ualet ſpiritui.⁊ do
minaẗ ei.eumq̄ȝ pſequiẗ ⁊ illi reſiſtit. Sicut fi
guratũ ē in his duob⁹ germanis eſau ⁊ iacob
Eſau piloſus ſignat carnẽ que ē ſupfluis ple=
na.pili em̄ deſideria t̄rena ⁊ carnalia d̄ſignãt
que vigent in carne.in cui⁹ ſignum ē ꝙ clerici
habent pilos raſos in ſummitate capit̄.⁊ at/
tonſos in circũitu ad deſignandũ ꝙ nullũ de=
ſideriũ carnis vel terrenoꝝ debeat int̄ deũ et
mentẽ ipſoꝝ mediare. Nec etiã debent habe=
re affectus nimios ad carnẽ ſuã. Eſau ḡ pilos⁹
eſt caro.iacob v̄o lenis ſpm̄ ſignificat. Iuxta
illud Gal.vj.vos qui ſpũales eſtis hmõi in/
ſtruite in ſpũ lenitatis.iſti duo germani cepe/
runt pugnare in vtero mr̄is.⁊ poſtea Eſau cũ
factus eẽt adoleſcẽs pſecut⁹ eſt fratrẽ.⁊ nũcia
uit ſibi mortẽ Gen.xxvij.dicẽs.venient dies
luctus patris mei.⁊ inficiã fratrẽ meum. Et
certe ad lr̄am in vtero materno caro interficit
ſpm̄ p pctm̄ originale. Sic ꝯqueriẗ dauid.pſ
l.Ecce em̄ i iniq̄.cõcep.ſuȝ.⁊ in pec.cõce.me.
⁊c̄. Et cõtinue poſtea caro cõcupiſcit adũſus
ſpm̄ ⁊ ſpũs aduerſus carnẽ.hec em̄ ſibijnuicẽ
aduerſanẗ. Eſau ē ſenior ⁊ iacob iunior.quia
ad lr̄am caro p̄mo cõcipiẗ ⁊ poſtea animatur
p ſpm̄.ſm Ariſt̄.li.xvj.aĩaliũ.embrio in ma=
trice p̄mo viuit vita aĩalis.q̄ȝ vita hoĩs. Et.j.
Cor.xv.nõ p̄us qđ ſpũale.ſed p̄us qđ aĩale.
⁊ deinde qđ ſpũale. Et Sapien.vij.in ventre
mr̄is mee figurat⁹ ſuȝ caro.iſte t̄n ſenior fuire
debet iuniori.i.caro ſpũi.vt in actib⁹ hoĩs.

nõ caro ſed ſpũs dñeẗ.iuxta illđ Gal.v. Spi
ritu ambulate ⁊ deſideria carnis nõ pficietis.
Et hapl̄s Pe.obſecro vos ⁊c̄. Pro q̄ notan M
dum ꝙ quicũq̄ȝ vult carnis deſideria refrena
re debet aliqua remedia hr̄e. Primũ ē mentis
ad deũ eleuatio.qꝛ iacob cũ ab eſau pſequeba
tur monitu matris ſue fugit in meſopotamiã.
meſopotamia interp̄taẗ eleuatio cuiuſdã vo
cationis.⁊ ſignificat celeſtẽ patriã ad quã vo=
cati ſum⁹.licet nõ oẽs electi.quia multi ſũt vo
cati pauci vero electi Mat.xx. Cũ igiẗ iacob
id ē ſpũs vel aĩa ab eſau q̄ ſignificat carnẽ p/
ſequiẗ.debet deuotis oꝛonib⁹ fugere ad celi
patriã.auxiliũ dei iplorãdo. Et tũc ſic̄ iacob i
iſta fuga poſit⁹ in itinere obdormiuit ⁊ capiti
lapidem ſuppoſuit.⁊ ſic ſpũs a ſtrepitu mun=
di vel carnis ſe ſubtrahit.⁊ in ſanct̄ ſtudijs ⁊
ꝯtemplationib⁹ cõquieſcit.fundamẽtũq̄ȝ to/
tius vite ſue xp̄m facit. Dormiẽdo ḡ in ſcã cõ
templatiõe ſpũs ſcalã vidit erectã in celo. In
ſcala moraliẗ vt dic̄ Hol.ſup lib.ſap.c.cxxix.
eſt penitentia que ſtat in terra.quia in hac vi
ta incipit.ſed attingit ad celum que facit ho/
minẽ in morte ad celuȝ appropinquare Mat.
iij. Penitentiam agite appropinquabit em̄ re
gnũ celorum. Iſta ſcala habet ſex gradus per
quos aſcendere cõuenit.videlicȝ cõtritionem
cõfeſſionem.⁊ que ſunt ptes ſatiſfactiõis.ora
tionem.vigilias.ieiunia.⁊ elemoſynas.iſta fi
guranẗ p ſex gradus quib⁹ aſcẽdebaẗ ad ſo/
lium Salomõis.ij.Paral.ix. Duo latera iſti
us ſcale ſunt ſpes ⁊ timor.debet em̄ timere ſpi
ritus ⁊ nõ p̄ſumere.qꝛ dauid Pſ.xxix.q̄ pre
ſumpſit dicẽdo.ego dixi in abundãtia mea n̄
mouebor in eternũ.⁊ t̄n in deſideria carnis ce
cidit.dum cũ berſabee adulteriũ ꝑpetrauit.
ij.Reg.xj.ideo dic̄ ſapiẽs. De ꝓpiciatu pec
catoꝝ noli eſſe ſine metu Ecc̄i.v.debȝ etiã ſpe
rare ſe poſſe vincere carnẽ adiutorio dei.⁊ ſic
int̄ ſpem ⁊ timorẽ quaſi int̄ duo latera penitẽ
tialis ſcale debet aſcendere.quia dicit metri/
ſta. Si timor eſt ſine ſpe.tũc deſperatio ledit.
Et niſi ſpes timeat.ſtati p̄ſumptio fiet.ſic nec
timor ſine ſpe.nec ſpes valet ſine timore. Aſcẽ
dentes ⁊ deſcendẽtes angeli ſcalam.ſunt co/
gitationes noſtre quibus interdũ cogitamus
gaudia paradiſi.que dñs dabit his qui deſi/
deria carnis vincunt.iuxta illud Apocal.ij.
Qui vicerit videlicet deſideria carnis.mũdi
⁊ diaboli veſtietur veſtimẽtis albis.⁊ nõ de/
lebo nomen eius de libro vite. Cunq̄ȝ ſic hec
gaudia cogitamus tunc cogitatiões ad inſtar
angelorum aſcendunt. Iuxta illud Lu.xxiiij
cogitationes aſcendũt in corda veſtra. Si au
tem cogitam⁹ penas iferni.q̄s dñs dabit illis
q̄ in delitijs carnis viuũt.ſm illđ Apo.xviij
Q̄tũ glorificauit ſe ⁊ in delitijs fuit.ſcȝ carna

libꝰ.tm̄ date ei tormentũ ⁊ luctũ.tũc cogitatõ
nes noſtre deſcẽdũt.iuxta illud pſ̄.cvj.deſcẽ=
dunt vſqꝫ ad abyſſos.Huic ſcale ⁊ dñs ẽ inni
xus.qꝛ penitẽtes expectat ⁊ vocat dicẽs.ve/
nite ad me oẽs ꝗ laboratis ⁊ onerati eſtĩ et ego
reficiã vos Mat.xj.Aĩa vo deuota ꝗ ſic dor
miendo ad deũ ꝑ inuocationem eleuatur.cuꝫ
iacob audit dñm dicentẽ ſibi.terrã in qua dor
mis dabo tibi ⁊ ſemini tuo Geñ.xviij.Mora
liter terra in qua aĩa dormit ẽ caro vel corpus
de terra factũ.iuxta illud Geñ.iij.Terra es ⁊
in terram ibis.⁊ hanc dabit dñs aĩe.qñ caro
conſentiẽs rõni ſpiritui nouerit ſe ſubijcere vt
dicat illud Geñ.xvj.Ecce ancilla.i.caro ĩ ma
nu tua ẽ.Spũaliter aũt ꝑ terrã intellige terrã
viuentiũ.in hac terra nũc dormit aĩa ꝑ ꝯtem/
plationẽ.ſed hãc dabit ſibi poſtea vt requieſcat
N in ea ꝑ ſempiternã fruitionẽ aut poſſeſſionem
vt tunc dicat cũ pſ̄.cxlj.Portio mea dñe i ter
ra viuentiũ.Scðm remediũ ẽ corpis edoma=
tio que debet fieri in iuuentute qꝛ ſtultꝰ eẽt ꝗ
nõ domaret equũ ſuũ vſqꝫdũ ſenex eẽt cuꝫ do
mari nõ poſſet.ſic ꝗ nõ domat carnẽ ſuam in
adoleſcẽtia.ſed nutrit eã delicate.ita ꝙ nõ po
teſt eã poſtea tenere.ꝓijcit eã in lutum pecca/
ti.Quia dicit᷑ Prouẽ.xxix.qui delicate nutrit
ſeruũ.i.carnẽ ſuã vel corpꝰ ſm̄ glo.interl᷑.qð
debuerat rõni ſubiugari tanqꝫ dño ſuo.poſt=
O ea ſentiet illum cõtumacẽ.i.laſciuũ ⁊ indoma
bilem.Qualiter domet᷑ equꝰ in iuuẽtute docꝫ
Pe.de creſ.li.ix.c.vij.dicẽs.Qui vult doma
re vel morigerare equũ.primo adhibet ei fre=
nũ leuiſſimũ cuiꝰ morſus ſit melle vel alio dul
ci liquore ꝑunctus.nã tale frenũ facilꝰ ⁊ ac=
ceptabilꝰ ſuſtinebit ⁊ ꝓpter dulcedinẽ itera=
to libẽter accipiet.Et poſtqꝫ frenum ſine diffi
cultate accepit aliquibꝰ diebꝰ ſero ⁊ mane du
cat᷑ ad manũ.donec optime ductorẽ ſequatur
deinde abſqꝫ ſtrepitu ſelle qꝫ leuiꝰ poterit eꝗ/
tetur pauliſper.⁊ ꝑuo paſſu a dextrꝭ ⁊ ſiniſtrꝭ
ſepe vulneret᷑.⁊ om̄i die ꝑ loca plana ⁊ nõ ſa=
xoſa de mane vſqꝫ ad meridiẽ equitet᷑.Cũ ve
ro ſine ſella fuerit equitatꝰ.tunc ſuauiter ſine
ſtrepitu eidẽ ſella imponat᷑ ⁊ cũ ea leuiter du=
cat᷑.Moralit᷑ ꝑ equũ intellige corpꝰ noſtrum
qð vt ait dauid in Pſ̄.xxxij.eſt fallax equus
ad ſalutẽ.Hũc equũ qui voluerit in adoleſcẽ=
tia domare ꝑmo debet ei frenũ leue adhibere
ꝑ frenũ leue intellige vno mõ correctionẽ mo
deratã que debet eſſe ꝑuncta melle ſapientie
ſpũalis ⁊ diſcretiõis.Refert enĩ Ceſarius.in
dialo.Quidã adoleſcẽs ſanctꝰ ⁊ nouitiꝰ in ꝗ/
dam domo ordinis ciſterc̃.ita indiſcrete ſe ha
buit.⁊ ita ſingularis fuit vt abbas eiꝰ timeret
⁊ eũ ꝓ indiſcreto feruore ſepius argueret.ille
vero ſalutaribꝰ monitis nõ acquieſcens in ꝑ/
tinatia ſua perſeuerauit.ſic ꝙ pꝰ ñ multos an

nos ipſe defunctus eſt.Nocte vero quadam
cum abbas in ſuo ſtallo ſtaret.⁊ contra p̄ſby=
terum proſpiciẽs tres perſonas quaſi tres cã=
delas ardentes ad ſe venire vidit.Quibꝰ pro
pius accedentibus cognouit omnes.tunc ab=
bas memor pertinatie predicti adoleſcentꝭ in=
terrogauit eũ dicens.Quomodo habes.⁊ ille
dixit bene.Et abbas.nũquid aliquid paſſus
es pro inobediẽtia tua.ille ait.maxima ⁊ mul
ta tormenta.Sed intentio mea licet indiſcre/
ta fuerit tamen dominus miſertus eſt mei nec
ſum damnatus.licet plura paſſus ſim.Ecce
ꝙ ille qui in ſua iuuentute adhibuit corpi ſuo
frenũ immoderate ⁊ indiſcrete correctionis ⁊
abſtinentie penas purgatorij paſſus fuit.iðo
nos vngamꝰ hec frena correctionuꝫ cũ diſcre
tionis melle ⁊ ſpiritualis ſapientie.vt ſapient᷑
corpus in principio caſtigemꝰ.quia talia fre=
na correctionis moderate faciliter ſuſtinebit.
ideo beatꝰ Gregꝰ.ſup illud Job.xxx.verſa ẽ
in luctum cythara mea dicit.Si corda in cy=
thara tenditur nimium maius ſonat.ſi minuſ
rauce ſonat.Tanto ſibimet debet qſqꝫ mode
ramine preeſſe.vt ad culpam caro non ſuper
biat.⁊ tñ ad officium rectius in opatiõe ſubſi= P
ſtat.Alio modo poteſt ꝑ frenum intelligi ab/
ſtinentia qua victualia quibus corpora laſci/
uiunt ſubtrahunt᷑.De quo dominus Ezech.
xxix.imponam frenum maxillis tuis.ſed hoc
frenũ debet perungi melle diſcretiõis.vt di/
ſcrete a ſupfluis abſtineat ne corpori noceat.
ideo dicit Gregꝰ ſup Ezech.omel᷑.vij.ꝑtis ſe
cũde.In hoc mundo cum nr̃is temptatiõibꝰ
naſcimur.⁊ caro aliquando nobis adiutrix ẽ
in bono ope.aliquando ſeductrix in malo.ſi ꝗ
ei plus qꝫ debuimus tribuimus.hoſteꝫ nutri
mus.Et ſi neceſſaria ei que debemus nõ red=
dimus ipſam necamus.Patianda itaqꝫ ẽ ca=
ro ſed ad hoc vt in bono opere nobis ſufficiat
nam quiſquis ei tantũ tribuit vt ſuperbiat ſa=
tiari penitus ignorat.hec ille.Ideo debet hõ
imponere corpi ſuo frenũ moderate correctio
nis.⁊ etiã refectionis.⁊ h̄ frenũ ſine difficulta
te accipiet.ꝗ facto debet ip̄m mane ⁊ ſero ſpi=
ritus ducere ad bona opa ad volũtatẽ ſuam.
⁊ ſine ſella auſtere caſtigationis.qꝛ nõdũ põt
eã ſuſtinere.⁊ debet corpꝰ volui nũc a dextris
ꝓſperitatis.interdũ a ſiniſtris aduerſitatꝭ vt
ſe equanimiter in his habeat.⁊ tandẽ cum aſ=
ſuefactum ẽ in illis põt ſibi imponere ſellã du
re caſtigationis ⁊ pauce refectionis.Sicut fe
cit ſanctus Germanus nobiliſſimus dux bur
gundie.⁊ poſtmodũ ep̄us.ꝗ corpꝰ ſuũ ꝑ.xxx
annos ita afflixit vt nunqꝫ panẽ frumẽti.non
vinũ.nõ legumen.nec ſal pro ſapore ſumeret.
bis tamẽ in anno in paſca.⁊ natali bibebat vi
num.quod tñ fuit limphatũ ſumebat.vt mo=

dicuꝫ de ſapore vini remaneret. in refectione
prima cinerẽ. deinde panẽ ordeaceũ comede/
bat. in hyeme ⁊ eſtate nullam veſtẽ ꝑter tuni=
cam ⁊ cucullam habebat. quã niſi alicui daret
nunq̃ꝫ exuebat quouſqꝫ ꝯtritione ſolueretur.
lectus eiꝰ cinere cilitio ⁊ ſacco ornabatˀ nullũ
puluinar ad caput vel humeros leuabat. ſed
ſemꝑ gemẽs ſanctorũ reliq̃as in collo porta/
Q bat ⁊c. Tertiũ remediuꝫ laboris ẽ exercitatio
q꞉ carnalia vicia ⁊ deſideria aſſiduitate labo=
ris remouentˀ. Cuiꝰ exemplũ patet in caprio=
lo. dicunt naturales ꝙ velocitate motꝰ ⁊ aſſi
duitate curſus caro caprioli a ſuꝑfluitatibꝰ ex
purgatˀ. ⁊ ſaporis ⁊ odoris grauitas ab eoruꝫ
carnibꝰ amputatˀ. ⁊ tenerior ⁊ digeſtibilior ef
ficitˀ. Sic etiã ex ſollicitudine boni opis ⁊ aſſi
duo motu laboris. caro nr̃a a viciorũ carnali
um paſſionibꝰ ⁊ delectationibꝰ expurgatˀ q̃r ꝓ
nutrimentũ ẽ ociũ. Ido dicit ſapiẽs Eccĩ. xx=
xiij. Mitte ſeruũ. i. carnẽ in opationẽ ne va/
cet multã eñi maliciaꝫ docuit ocioſitas. Et b.
Hiero. in ſmõe. Sẽꝑ aliq̃d opis facito. vt te
diabolꝰ inueniat occupatũ. Nõ eñi facile ca/
pitˀ a diabolo q̃ bono vacat exercitio. Ido di
cit Seneca epl̃a octaua. Nullꝰ mihi ꝑ ocium
dies abijt. ꝑtem noctiũ ſtudijs vendico. non
R vaco ſomno ſꝫ ſuccũbo ⁊ oculos vigilia fati/
gatos cadenteſqꝫ in ope detineo. Scdo q̃ q̃uo
cũ hoibus ꝯuerſandũ eſt informat cũ dicit. cõ
uerſationẽ veſtrã intˀ gentes bonã habentes.
Pro q̃ nota. cõuerſatio nr̃a bona aſſimilatˀ ar
ce noe ꝓpter q̃tuor. vt dicit Anſ. li ix. c. xiiij.
Primo rõne ſtructure. q꞉ arca fuit a noe con/
ſtructa ⁊ fabricata. Geñ. vj. vbi dixit dñs ad
noe. Fac tibi arcã de lignis leuigatˀ. Noe intˀ=
pretatˀ requieſcẽs. ⁊ ſignificat hoiem iuſtuꝫ ⁊
humilẽ. qui ẽ req̃es ſpũſſancti. Iuxˀ illð Eſa.
lvij. ⁊ vlti. Suꝑ quẽ requieſcit ſpũs meꝰ niſi
ſuꝑ humilẽ. hic g̃ vt requieſcat i domo ꝓprie
cõſcientie ⁊ ſit tutus ab inundatiõe aquarum
id ẽ. ab impetu temptationũ ⁊ tribulationũ ſi
bi arcam faciat ꝑ quã intelligo bonã ꝯuerſati
onẽ. de qua pſ̃. cxxxj. Surge dñe in requiem
tuam tu ⁊ arca ſanctificatiõis tue. Arca enim
ſanctificata deo vt iquit Anſ. ẽ ꝯuerſatio bo=
na ad deũ quia dicitˀ eẽ req̃es dei. q꞉ ſm deuꝫ
S mens in ea requieſcit. Scdo aſſimilatˀ arce rõ
n꞉ materie. quia illa arca facta fuit ex lignis le
uigatˀ bitũinatis ⁊ q̃dratis. Per ligna leuiga
ta intelliguntˀ opa bona. pura intentiõe facta
Per bitumen vo intelligitˀ charitas. q꞉ ſicˀ bi=
tumen duos aſſeres ſiue res coniungit ſimul.
Sic charitas deũ cũ hoie. vel hoiem cum ho/
mine cõnectit. de hˀ dicitˀ Geñ. vj. Bitumine
linies extrinſecꝰ ⁊ intrinſecꝰ. q. d. charitatem
habebis exterius in ope. ⁊ interiꝰ in corde. q꞉
abſqꝫ bitumine in ꝑiculo eſſet aïa ⁊ aqua tri/
bulationũ eã penetraret. Sꝫ tũc ſunt ligna ar
ce bituminata. qñ opa ſũt bona charitate for/
mata. quod valde neceſſariũ ẽ. q꞉ dicitˀ Iaco.
ij. Sicut corpꝰ ſine ſpũ mortuũ ẽ. ita fides ſine
opibus. glo. charitate formata vel dilectione
opante mortua ẽ. nõ ſolum fides. ſꝫ ⁊ alie vir=
tutes ſine charitate nihil valent. q꞉ ipſa ẽ matˀ
omniũ virtutũ. vt dicit Amb. ſuꝑ illud Ro.
xiiij. Unuſquiſqꝫ in ſenſu ſuo abundat. Per
ligna vero quadrata intelligitˀ mẽs ſtabilita.
quia ſicut corpꝰ quadrũ reſidet firmũ. ſic mẽs
in bona cõuerſatione debet firma atqꝫ ſtabiliſ
ſemꝑ eſſe. Et hec ſtabilitas perpenditˀ primo T
ex grauitate ⁊ equanimitate fortune. ꝙ vide/
licet hõ in vtraqꝫ fortuna maneat ſtabilˀ in ſua
cõuerſatione. q꞉ dicit Tuliꝰ. ꝓclara ẽ equali/
tas in omĩ vita. Scdo attenditˀ circa ea q̃ deſi
derantˀ. de his dicit Señ. in eplĩs. Añ omĩa hˀ
cura vt cõſtes tibi ⁊ quotiens experire voles
an aliquid actũ ſit obſ̃ua an eadẽ velis hodie
que ⁊ heri. Mutatio voluntatis inducit aĩm
natare atqꝫ alibi apparere ꝓut tulit ventꝰ. nõ
vagatˀ quod fixum atqꝫ fundatũ eſt. Nã q̃dã
adeo inſtabiles ſunt vt de q̃libet tali dicatˀ il/
lud poete. Nõ petijt ſpernit repetit qð nuper
omiſit. Tertio attenditˀ circa locum. quia ſta=
bilitas loci multũ facit ad ſtabilitatẽ aĩ. q꞉ di
cit Berñ. ad fratres de monte dei. Impoſſibi
le ẽ hoiem fideliter in vno figere animũ ſuum
q̃ nõ priꝰ alicui loco perſeuerantˀ affixit corpꝰ
ſuum. nam qui egritudinem animi ſui migrã=
do de loco ad locũ effugere nititˀ. Sic ẽ q̃ fugit
vmbrã corporis ſui ſeipſum fugit. ſeipſum cir
cũfert. locum mutat. nõ animũ. eundeꝫ vbiqꝫ
ſe inuenit. vbiqꝫ deteriorẽ facit ipſa mutabili
tas. ſicut ledere ſolet egrum qui circũferendo
concutitur. Et Señ. in epiſtolis. Animum de
bet mutare non locum. quid miraris nihil ti/
bi peregrinationes prodeſſe cum te circumfe=
ras. premit te cauſa eadeꝫ que expulit. Onus
animi tui deponendum eſt. non autem vllus
placebit tibi locus cum vadis huc atqꝫ illuc.
vt excutias inſidens pondus quod ipſa iacta
tiõe incõmodoſius fit. Ideꝫ. Primũ argumẽ
tum compoſite mentis exiſtimo. poſſe cõſiſte
re ⁊ ſecum morari. lapis quadratus ſtabilis ẽ
Sic homo bene ordinatus eſt ſtabilis. econ/
trario male ordinatus eſt inſtabilis. Et poeta
Celum nõ animũ mutant q̃ locũ tranſmuta/
re curant. ¶ Et Señ. Non conualeſcit planta
que ſepe tranſfertur. Ad loci ſtabilitateꝫ mul=
tum hortatur ſcꝑtura. Eccꝰs. x. Si ſpiritꝰ po/
teſtatem habentis ſuper ſe aſcẽderit locũ tuũ
ne dimiſeris. Eccĩ. xj. Ne manſeris in opibuſ
pctõrũ ꝯfide in deo. ⁊ mane in loco tuo facile
eñi eſt in oculis dei ſubito honeſtare paupem V
Tertio cõuerſatio bona aſſimilatˀ arce noe rõ

ne forme. Circa qđ primo attende menſuram
dimenſionū. Habebat em̄ longitudinē tricen
torum cubitorū. latitudinē q̄nquaginta. ⁊ al-
titudinē triginta. ſupius aūt erat in vno cubi
to cōſummata. Moraliter igiꝰ longitudo ar-
ce ē memoria paſſionis dn̄ice. quā thau figu-
ra repſentat. que tricenta ſignificat. vel longi
tudo arce ē pſeuerātia in ꝯtinuatiōe boni ope
ris de qua dicit Bern̄. in epl'is. Studete pſe-
uerantie que ſola coronaꝰ. Latitudo aūt arce
eſt dilectio dei ⁊ ꝓximi amici ⁊ inimici q̄ in q̄n
quaginta cubitis deſignaꝰ. qꝛ q̄nquageſima
die a paſſione chriſti datꝰ ē ſpūſſanctꝰ. ꝑ quē
vt dicit apl's ad Rhoma. v. charitas dei dif/
fuſa eſt in cordibꝰ noſtri. Altitudo ē ſpes ⁊ de
X ſideriū ſecl'i vēturi. que ſpes ſignificaꝰ in. xxx
cubitis. ter em̄ decē faciunt triginta. in terna-
rio ṽo triplex ſpes deſignaꝰ videlicet de ve/
nia. de gratia. ⁊ de gloria. In denario ac ad/
dito adimpletio decalogi vt videlicet aſſit no
bis impletio decalogi ſub ſpe predicta tripli-
ci. Alioq̄n ſpes ſine meritis vel opibꝰ nō eſſet
ſpes vera ſed p̄ſumptio. Cōſummatio aūt in
vnū cubitū eſt. vt morꝰ ⁊ affectꝰ in deū dirigā
tur. ſicut dicit pš. lxxxiij. cor meū ⁊ caro mea
exultauerūt in deū viuū. vel hec fit in pfectio
ne conſiliorū. de quo dicit Mat. xix. Adhuc
vnū tibi deeſt. Si vis pfectus eſſe vade ⁊ vē
de oīa que habes ⁊ da paupibus ⁊ veni ſeq
re me. Dicitꝰ aūt cubitꝰ ille fuiſſe arce geome/
tricus qui valet ſex vſuales. ad oſtendendū
ꝙ p ſex opa miſericordie ad vnitatē pfectiōis
diuine ꝯſolatiōis ⁊ ſupne aſcēditꝰ. Scđo i for-
ma arce cōſidera aperturā locorum. habebat
em̄ in duobꝰ locis apturā. vnā ad lumen reci-
piendū ſcꝫ feneſtrā vnā. aliā a latere ad hoſti-
um ingrediendum. Feneſtra aūt ē gr̄a q̄ illūi/
nat oēm hoiē venietē in hūc mūdū. Joh. j. đ
hac dicitꝰ in Pš. xxv. Illuminās tu mirabili
ter a montibꝰ eternis. Idcirco pete cū pš. xij.
dicens O gr̄a dei illumina oculos meos men
tis ne vnq̄ obdormiā in morte. vel forſitan fe
neſtra ē intellectiua p quā lumē ſapientie ⁊ ſci
entie ſuſcipimus. Quia dicit Ariſt. iij. reth.
Y Intellectus eſt lumē qđ deꝰ infudit aīe. Sed
hoſtiū eſt liberū arbitriū qđ apit p̄mo gratia.
Sicut de hoc dicit magiſter ſentētiarū. lib. ij.
diſt. xxvij. Illa aūt gratia p̄ueniens q̄ ⁊ ṽtus
eſt nō vſus liberi arbitrij ē. ſꝫ ex ea potiꝰ ē bo-
nus vſus liberi arbitrij que nobis ē a deo. nō
a nobis. Et ſb̄dit. hoc meritū ex illa puriſſima
gr̄a ꝓuenit. qđ apl's nōuit. j. Cor. xv. di. gr̄a
dei ſum id qđ ſuꝫ. ⁊ gra eiꝰ in me vacua nō fu
it. Sup quē locū Augꝰ ita ait. Recte gratiā
nominat. primū em̄ ſolā gr̄am dat deꝰ. ⁊ nō
niſi gratiā cū nō p̄cedunt niſi mala merita. ſꝫ
poſt p gr̄am incipiūt bona merita. Et vt oſtē-
deret etiam liberū arbitriū. addit. Et gr̄a eiꝰ
in me vacua nō fuit. Et ne ip̄a volūtas puteꝰ
ſine gratia dei aliquid boni poſſe. ſubdit. Nō
aūt ego ſolꝰ ſcꝫ ſine gr̄a. ſꝫ gratia dei mecū. i.
cum libero arbitrio. Et ſubdit magiſter. pla/
ne cū data fuerit gratia incipiūt eſſe nr̄a meri-
ta bona p illa tn̄. qꝛ ſi illa defuerit cadit homo
Tertio cōſidera diſpoſitionē ⁊ diſtantiā man
ſionū. nam ſm̄ Aug. ſup Gen̄. arca fuit inte/
rius bituminata nā in inferiori manſione ſup
tabulatū ſentine fuit duplex camera. quarū
vna dicebaꝰ ſtercoraria. alia ṽo apothecaria
ſed ſupra iſtā fuit alia māſio ſupior q̄ habebat
tres cameras. due camere laterales erāt. vna
imitiū animaliū ⁊ ſerpentū. altera mitiū. me/
dia āt camera erat hominū ⁊ auiū. hoſtiū au-
tem erat vbi bicamerata ⁊ tricamerata cōiun
gebanꝰ. Moraliꝰ hoc exponit Anſ. ſic. Vbi
cameratio arce attendiꝰ in delectatiōe ſenſua
litatis que maxime inueniꝰ in actibꝰ duarum
potētiarū vegetatiue ptis ſcꝫ ⁊ ꝓpagatiue ſi-
ue generatiue q̄ꝫtum ad actū venereū. Et iſta
ē ſenſitiua ſtercoraria. ⁊ ptis nutritiue ad eſū
⁊ iſta eſt apothecaria. Tricamerata aūt atten
ditꝰ in rōne cuiꝰ tres ſunt vires ſcꝫ iraſcibilis
que deteſtaꝰ malū. ⁊ iſta ē habitatio imitium
paſſionū vt ire audacie. ⁊ hmōi. Alia eſt cōcu
piſcibilis. ⁊ hec ē que bonū ꝓſequitꝰ. vn̄ ē ha-
bitatio mitiū paſſionū. vt amoris. māſuetudi
nis ⁊ hmōi ⁊ he vires dicunꝰ rōnales nō per
eſſentiā ſꝫ p participationē ſm̄ phm̄. j. eth. in-
q̄ꝫtum ſcꝫ nata ſunt rōni obedire. Tertia ē rō
nalis. quia p eā ratio vocaꝰ. ⁊ hec eſt que di-
ſcernit bonū honeſtum ⁊ veꝝ. ⁊ hec dicitꝰ ha-
bitatio hoim ſcꝫ actiuorū. ⁊ auium ſcꝫ cōtem-
platiuorū. quoꝝ primi regunꝰ prudētia. ſecū-
di ſapientia eleuanꝰ. Alij aūt ſunt qui dicunt Z
hmōi cameras arce fuiſſe diſpoſitas ſolum in
altitudine. Dicunt em̄ ꝙ inferiꝰ in fundo erat
ſentina ſiue ſtercoraria ſup quā apothecaria
erat. ⁊ ſup hanc erāt imitia animalia. Et ho-
ſtium erat in medio vbi apothecaria cōiunge
baꝰ camere imitiū. ſup hāc autē habitatio ho
minū ⁊ auium. Et iđo moraliter p ſtercorariā
pōt accipi peccati in anima fetētis deteſtatio.
Per apothecariā lachrymarū effuſio. p quā
diabolus ſuſcitaꝰ ad impugnandum. Et iđo
ſequitꝰ habitatio imitium. id ē. multiplicatio
tēptationū. ſed quia deꝰ adiuuādo cōſolando
ſubuenit. ſequitꝰ habitatio mitium. id eſt. gr̄a
cōſolationum. qꝛ poſt tribulationē cōſolatio-
nem infundit Tob. iij. poſtea ſequitꝰ habitatō
hoim. i. exercitatio actiuorū. ⁊ auium. i. perfe
ctio cōtemplatiuoꝝ. Quarto ſimilaꝰ bona cō
uerſatio arce noe rōne clauſure. quia igreſſo
noe in arcā cum his q̄ debebāt ingredi. inclu-
ſit eum dn̄s deforis vt inundatio diluuij non

noceret eis in q̄ docet̃ hō iuſtus ꝙ ſi inunda/
uerit diluuiū carnis intret arcā trāquillā men
tis Et licet circūfluant torrētes iracūdie. flu=
mina luxurie. voragines gule. ⁊ licet ebulliāt
torrētes temptationū. abyſſus cupiditatum.
maria tribulationū. intret cū noe cū gaudio i
arcā. i. quiet⁹ anim⁹ clauſo foris ſilentij hoſtio
poſſidet aiam. ⁊ q̄nto magis caro laborat i acti
one. tāto plus ſpūs ſublimi⁹ volat in ɔtēplati
one. Sicut patet de Paulo q̄ plus omīb⁹ la/
borauit i fame. ſiti. frigore. ⁊ nuditate. ⁊ tñ vo
lauit mēs ſua in ɔtemplatione. Ad Phil̃. iij.
cū dicit. Noſtra conuerſatio ē in celis. ad hos
celos perducat ⁊c̃.

De eadem dñica. Sermo ſc̄ds.

Plorabitis ⁊ fle=
bitis vos. mūdus aūt gaudebit. ſʒ
triſticia vr̄a vertet̃ in gaudiū. Joh.
xvj. dicit ſolin⁹ in li. de mira. mūdi. Cygn⁹ dū
A vivit gemit iugit̃ ⁊ triſtat̃. cū morit̃ cōſeſti ca
nit ameniſſime ⁊ letat̃. Leo vero moriens vber
rime q̄dē plorat. idē dicit Amb. in exame. de
cygno. Cygn⁹ inſtāte morte pēna in cerebro i
fixa canit. ⁊ cōtra morē oim animaliū ꝓ gemi
tu cantū reddit. Moralit̃ ꝑ cygnuʒ intelligo
quēlibet hoiem fidelē ſanctū ⁊ deuotū. qꝛ cy/
gnus habet pēnas plimas candidiſſimas oi
colore alio vel nigredine immixtas. Sʒ car=
nem nigrā ⁊ ad digerendū durā Per pennas
vno modo ſignificant̃ p̄cepta charitatis. iux̄
illud ps̄. cxxxviij. Si ſumpſero pennas meas
diluculo ⁊ habitauero i extremis maris. q. d.
ſi p̄cepta charitatis implere ſtuduero Eſt eñ
p̄ceptū de charitate dei. de dilectiōe ꝓximi. ꝺ
dilectiōe parētū ⁊ amicorū. q̄b⁹ oms boni im=
plent̃ in hac vita. ⁊ ornant̃ illis ſicut cygnus
pēnis albis. Alio modo ꝑ pēnas intelligo vir
tutes morales. iuxta illud ps̄. lxvij. Pēne co=
lumbe de argentate. q. d. habete in vtutibus
vr̄is māſuetudinē ſimplicitatis ⁊ prudētie cla
ritatē. ⁊ illaꝝ vtutū ſunt. xj. vt ſ̄. dñica. j. poſt
paſca. ꝭ. vj. D. Et his omīb⁹ ſancti ⁊ boni in
hoc mūdo velut pēnis ornate regunt̃. caro ve
ro ipſorū ad lr̄am nigra ē ex caſtigatione ⁊ ex
ſolis vſtione. Sicut legit̃ de carne ſcti Hiero.
que ex ſolis ardore q̄ſi aduſta videbat̃. ⁊ ſic ꝺ
multis alijs. iſti igit̃ ſancti ⁊ deuoti natantes
in mari hui⁹ mundi gemūt iugiter ⁊ triſtant̃. i
morte aūt ⁊ poſt mortē gaudēt eternalit̃ ⁊ letā
tur. ſicut legit̃ de ſcā Elizabeth ꝙ tpe mortis
appropinquāte q̄ dñs dilectā ſuā vocare volu
it de hoc mūdo. audita ē vox dulciſſima. int̃/
rogante ancilla ſua q̄d h̄ eſſet. rn̄dit. vna aui/
cula int̃ me ⁊ parietē ſe ponēſ ſuauit̃ cecinit. ⁊
me ad cantandū ꝓuocauit. Refert etiā Apia
rius li. j. c. lij. de quadā matrona q̄ erat in ꝑti/
bus brabantie dicēs. Iſtā nunq̄ꝫ letā vidim⁹.
nunq̄ꝫ ridentē. niſi cū man⁹ liberas ad egenos
extendere potuiſſet. Sʒ quid cōtingit h̄ mul/
to tempe lāguit. lecto iacēs die ac nocte ⁊. vij.
horis que canonice nūcupant̃ auis mire pul/
chritudinis ⁊ decoris eā dulciſſimis ⁊ ineffa/
bilibus vocib⁹ annis plībus cōſolabat̃. ⁊ hec
ipſa cōfeſſori ſuo dixit. cūq꞉ q̄reret ab ea. cui⁹
auis illa voces imitari voluerit. videret̃ nihil
inq̄t in terris eē qđ illi⁹ poſſet vocib⁹ compari
nec ſolis aurib⁹ delector in illis. verū etiaʒ ad
cor interi⁹ trāſfundit̃ modulamē. ⁊ ex eo ſpūs
meus delitias eternales deſiderāti⁹ expectat.
Ecce qualiter ſancti boni ⁊ virtuoſi in hac vi
ta triſtant̃. ſʒ in morte letant̃. Sʒ ecōtra homi
nes mali ⁊ ꝑuerſi hic letant̃ cū malefecerint ⁊
exultāt in reb⁹ peſſimis. Prouẽ. ij. Sed in fine
vite triſtant̃. qꝛ in puncto ad inferna deſcen/
dunt Job. xxj. ⁊ h̄ cōmemorat dñs in vbis al
legatis. in q̄bus tria p̄ncipalit̃ tangunt̃. Pri/
mo iuſtorū in p̄ſenti vita tribulatio. ibi. plora
bitis ⁊c̃. Scd̄o impioꝝ gaudiū ⁊ exultatō. ibi
mūd⁹ aūt gaudebit. Tertio electoꝝ in futuro
cōſolatio. ibi. ſʒ triſticia vr̄a vertet̃. Quātuʒ ad
p̄mū ponit iuſtorū in p̄ſenti vita tribulationē B
cū dicit plorabitis ⁊ flebit vos. Amb. in lib.
exame. xiij. dic̃. media q̄daʒ eſtate mox aues a
cātu deſiſtētes ſuo merore triſtant̃. ⁊ ab aſpe=
ctu hoim ſe abſcōdūt. Moralit̃ ꝑ aues intel/
lige hoies celeſtes. ſed ꝑ eſtatē vitā gr̄e in pre
ſenti. Sicut igit̃ a cātu in eſtate deſiſtūt aues
ſic a gaudijs in p̄ſenti ceſſant hoies ⁊ fletib⁹ i
ſudant. ⁊ horū fletuū aliq̄ue ſunt cauſe. Pri=
ma ꝓuenit ex miſeriarū multimodarū inuolu
tione. Sūt aūt varie miſerie in h̄ mūdo. Pri=
mo quedā ſunt in penarū paſſione. hō eniʒ in
ſtatu innocentie. nullas patiebat̃ penas. nul/
las miſerias. nullos defect⁹. qꝛ vt dic̃ Criſ.
Hō ſi in paradiſo innocent̃ vixiſſet. nec ignis
eū vreret. nec aliq̄ mergeret. nec abſentia aeris
ſuffocaret. nec oia que nocent mortalib⁹ impe
dirent. ſʒ heu adā nō ꝑpendit. ſʒ in vno pecca
to actuali plura pct̄ā cōmiſit. vt clare deducit
btūs Aug⁹. in enchiri. c. xxvj. ⁊. xxvij. ⁊ alle=
gat̃ a magiſtro li. ij. diſt. xxxiij. Poſſunt inq̄t
intelligi plura pct̄ā in vna trāſgreſſione ade ſi
in ſua q̄ſi mēbra diuidat̃. Nā ⁊ ſupbia ē illic:
quia hō in ſuo poti⁹ eē q̄ꝫ dei ptāte dilexit. Et
ſacrilegiū quia deo nō reddidit. ⁊ homicidiū
quia ſe in mortē p̄cipitauit. ⁊ fornicatio ſpūal̃
quia integritas mētis humane ſerpētina per/
ſuaſione corrupta ē. ⁊ furtū quia cibos prohi
bitos vſurpauit. ⁊ auaritia quia plus q̄ꝫ ſuffi/
cere illi debuit appetiuit. h̄ ille. Ex quo in vna
tranſgreſſione tanta ⁊ tam magna peccata ꝑ/
petrauit. ideo eū varijs miſerijs ⁊ penis a pa=
radiſo expellendo afflixit ⁊ plagauit dicens.

Gen̄.iij. In ſudore vultꝰ tui veſceris pane tuo
Et has miſerias ⁊ penalitates nõ ſolū ipſi ſu-
ſtinuerūt.ſed in ſuos filios ⁊ filias deriuauerūt
vt dicit Iob.xiiij. Hō natus de muliere breui
viuens tempe.repletur multis miſerijs. Repletur
eñi miſerijs tam in aĩa ꝗ̄ i corpe ꝗ̄ a creaturis
ab extra. In aĩa quidē habēt impotētiā ad bo
nū faciendū.cõcupiſcentiā ad malū appetēdū
ignorantiā ad diſcernendū.qꝛ Gen̄.viij. Sen
ſus ⁊ cogitatio generis humani ꝓna ſunt ad
malū ab adoleſcētia ſua.ideo dicit̄ de pe.diſt.
ij.c.pͥncipiū.§.charitas.ꝓpe finē. Omis crea
tura ſub vitio ē. In corpe aūt patit̄ famē.ſitiz
frigus.eſtū.morbū.⁊ multas miſerias.demū
mortē.⁊ hec ſunt vincl'a hoīs.vt ſupra dixi pꝫ
te.j.feria.vj.pꝰ letare.Z.D. Et ꝓpt̄ illas mi-
ſerias tam aĩe ꝗ̄ corpis flebat Innoc̄.papa d̄
vili hu.cõ.i li.j.c.j. Quis inq̄t det oc'lis meis
fontē lachrymarū.req̄re ſ̄.dñica.j.F.xxxviij.
E. Et infra eodē.C.V. Felices illi q̄ moriun
tur anteꝗ̄ oriunt̄.pˀus aūt mortē ſentiētes ꝗ̄
C vitā ſcientes. Secūde miſerie quas boni pati
unt̄ ꝓpter quas merito flent in hac vita ſunt
in malorū ꝑturbatiõe. Qātū eñi mali bonos i
hac vita ꝑturbant certe docet expientia quo/
tidiana. Nā dicit apl's.ij. Timo.iij. Omes q̄
pie viuere volūt in xp̄o ieſu pſecutionē patiē
tur ſcꝫ a malis hominibus. Sō Augꝰ.cū pro/
uincia ſua ab ipſis erat obſeſſa.lachryme erāt
ſibi panes die ac nocte. Sil'iter Victorinꝰ ep̄s
ob hāc cām quaſi flebiliter ſcripſit ad beatum
Augl. In hec v̱ba venerabili pr̄i Auguſtino
uictorinꝰ i dño ſalutē. Noueritis ꝙ tota nr̄a ꝓ
uincia a barbaris ē poſſeſſa.⁊ tot malis ⁊ fla/
gellis ꝑcuſſa.vt multi xp̄iani mihi inſultēt et
dicant vtinā nomē xp̄i nūꝗ̄ fuiſſet diuulgatū
⁊ ꝑ mundū p̄dicatū.qꝛ poſt diuulgationē illi
us nois pl'ibus malis affectum eſt genus hu/
manū ꝗ̄ ante..nam añ totꝰ mūdꝰ regebat̄ ab
vno principe.⁊ ſumma pace fruebat̄ ita vt im
pletū eſſe dicāt.ꝙ ait ꝓph̄a.cõflabūt gladios
ſuos in vomeres ⁊ lãceas ſuas in falces. Nūc
aūt tali noie diuulgato lites ⁊ guerre ⁊ diſcor
die inſurgūt vt vere non ſit aliqua ꝑs in toto
orbe que ſit in pace.rogo igit̄ pater vt ſuꝑ hiſ
malis aliq̄s longos tractatꝰ ⁊ ꝓlixū librū face
re digneris.quia talibꝰ obiectionibꝰ nõ valeo
rn̄dere.cui ſic rn̄dit Aug.in epl'a.lxij. Lr̄e tue
clariſſime victorine.grandi labore repleuerūt
cor meū quibus petiſti vt ꝓlixo ope aliq̄ rn̄de
am.cū talibꝰ malis magis ꝓlixi gemitus.ꝗ̄ ꝓ
lixi libri debeāt adhiberi. Exclamādū ad deū
vt nõ ſ̄m merita nr̄a faciat nob.ſꝫ ſ̄m ſuā mi-
ſericordiā liberet nos a tantis malis. Et poſt
pauca In hac epl'a vult ꝙ deꝰ his p̄ſſuris tāꝗ̄ i
torculari nõ ceſſat ab infidelibꝰ fideles ſic oleū
ab amurca exp̄mi ⁊ liquari. Et ſubdit.illis ei
q̄ ꝯ xp̄ianā fidē querelas impias iactare nõ q̄
eſcunt dicētes.ꝙ anteꝗ̄ illa doctrina ꝑ mūdū
p̄dicaret̄ tanta mala hūanū genꝰ nõ patiebat̄
facile eſt exemplo rn̄dere.dn̄s eñi dixit Luc.
xij. Seruꝰ neſciēs voluntatē dn̄i ſui.⁊ nõ faci
ens digne plagis vapulabit paucis.ſeruꝰ aūt
ſciens voluntatē dn̄i ⁊ nõ faciēs digne vapu
labit multis. Nõ eſt mirū ſi xp̄ianis tempibꝰ
iſte mūdus tanꝗ̄ ſuꝰ ſciens iā voluntatē dn̄i
⁊ nõ faciens digne plagis vapulabit multis.
attendūt ꝗ̄ta celeritate euāgeliū p̄dicaretur.
⁊ nõ attendūt ꝗ̄ta ꝑuerſitate cõtemnit̄. Et ſb
dit. Serui aūt dei ⁊ ſancti ⁊ mala tp̄alia ab ini
micis patiunt̄ habēt ꝯſolatiões ſuas ⁊ ſpē ſe
culi futuri. Quia dicit apl's ad Rhoma.viij.
Nõ ſunt cõdigne paſſiones huiꝰ tp̄is ad futu
ram gloriā que reuelabit̄ in nobis.h̄ Augꝰ.
Scd̄a cauſa flendi in hac vita eſt ex culparum B
cõſideratiõe. Sancti eñi viri ⁊ hoīes q̄ carent
ꝓprijs.flent tn̄ de alienis.⁊ hoc ꝓpter cõpaſ-
ſionē quā habēt de ꝑditionibꝰ eorū. Sicut b.
Amb.qui cū audiſſet pctm̄ alicuiꝰ in cõfeſſio-
ne.adeo fleuit vt illū ſecū flere cõpelleret. Et
quidā ſcūs vir vt legit̄ in vitaſpa.cuꝫ vidiſſet
ornatū cuiuſdā mulieris curioſuꝫ.flens dixit
Ignoſce mihi om̄ipotēs deꝰ.qꝛ vniꝰ diei orna
tus huiꝰ meretricis ſupauit totiꝰ vite mee in/
duſtria ornamēta. Interrogātibꝰ aūt cauſam
dixit flens.due res me mouēt.vna de illiꝰ per
ditione.alia de mea remiſſione.qꝛ non habeo
tm̄ ſtudiū placēdi deo ꝗ̄tū habet illa ad pla/
cendū hoībꝰ malis ⁊ diabolo. Hi aūt q̄ habēt
ꝓpria pctā deflere magnā hn̄t cām flēdi ⁊ plo
randi.ſicut Pe.qui recolēs pctm̄ ſuū trine ne
gationis fleuit amare Mat.xxvj. Sic fleuit
maria magdalena.que.vij.demonibꝰ fuit ple
na vt fletibꝰ ſuis pedes dñicos irrigaret. Lu.
vij. O ſi pctõr aĩaduerteret mala q̄ ꝑ pctm̄ in-
currit fleret vtiꝗ̄ in p̄nti ne hr̄et materiā flēdi
in futuro.nā ꝑ pctm̄ hō deum offendit.cõſor-
tium angelorū ⁊ ſanctorū amittit ⁊ ſuffragia
eccleſie ꝑdit.aĩam ꝑ pctm̄ iterficit.diabolo ſe
ſubijcit.⁊ in infernū ſe ſubmergit. Quis ergo
pctõr habet adeo durū cor ꝙ poſſit ſe contine
re a fletu.qui aduertit hec mala q̄ pctm̄ addu-
cit. Circūſpice vndiꝗ̄ ex om̄i ꝑte inuenies dā
na.ſi reſpicis ſurſum inuenies tibi deū offen/
ſum ⁊ celum clauſum.ſi deorſuꝫ infernū aper
tum.a dextris cõſortiū bonorū ꝑditum.a ſini
ſtris conſortiū malorū effectiuū. Añ te morteꝫ
quia ſi tu mortuꝰ fueris in peccatis dānaberis
pꝰ te dānū.qꝛ ſuffragia eccl'ie ⁊ ſcõꝝ nūꝗ̄ tibi
ꝓdeſſe p̄nt.h̄ Iordanꝰ in ſuis poſtillis. Tertia E
cā h̄ flēdi ē ex ꝓximorū cõpaſſione.⁊ hec com
paſſio fit inſ̄dū rõne caſus eoꝝ ⁊ pcti.qꝛ dicit
Philologꝰ. Cū elephas q̄ etiā grādi arbori ⁊
maxime palme ſe appodiat qñꝗ̄ arborē frāgit

⁊ in terrã cadit ꝙ caſum ſuũ irrecupabilẽ vi/
dens miro modo barrit. ad cuiꝰ barritũ multi
tudo iuuenũ elephantũ accedit ⁊ ei cõpatiun=
tur barriẽdo. ⁊ ſubito elephantẽ ꝙ ſenior ẽ ꝓ
viribꝰ eleuãt. ⁊ vt eũ erigãt miro affectu ſe in/
clinant. Moralr hõ quieſcere volẽs tunc ar/
bori ſe appodiat. qñ delectatiõi peccati iheret
vt deſiderio ſuo ſatiſfaciat. ſꝫ arbore fracta ca
dit. qꝛ mũdo deficiẽte vel delectatiõe trãſeũte
in aduerſitatẽ vl' pctm̃ ruit. ⁊ tũc caſuꝫ cogno
ſcẽs debet barrire. i. auxiliũ aliorum iplorare.
clamãdo ad ſcõs vel ad hoĩes pios ⁊ hũiles.
⁊ tũc illi debẽt ei cõpati ⁊ iuuare ꝓ poſſe vt ſb
leuet. vt hortat Tulliꝰ mori. Si videris ali/
quẽ cadentẽ ſiue caſurũ. non ride ſed ei p̃be te
cõpatientẽ. Et Sapiens. Si vnꝰ ceciderit ab
alio fulciet. Eccs. iiij. Iõ cõpaſſionẽ ſuã erga
afflictos oſtẽdẽs Iob ait. c. xxx. Flebã quon
dam ſup eo ꝙ afflictꝰ erat. ⁊ cõpatiebat ania
mea paupi. hec etiã ꝯpaſſio attẽdit nõ ſolũ de
caſu in pctm̃ vel in culpã aut ſup rerũ inopiã.
ſꝫ etiã ſup calamitatibꝰ corpis ⁊ qδ plꝰ eſt ſup
pditione aie. Quia dicit Augꝰ. de pe. diſt. iij.
c. ſũt plures. Sciat ſe culpabiliter durũ ꝙ de/
flet damna tempis vel mortẽ amici ⁊ doloreꝫ
peccati nõ oſtendit lachrymis. Et iterum dic
idem. Sũt ne in te viſcera xp̃iane cõpaſſionis
qui plangis corpꝰ a quo receſſit aia. ⁊ nõ plan
gis aiam a ꝙ deꝰ receſſit. Quarta cauſa flendi
F hic eſt ex celeſtis p̃rie dilatiõe. ille fletꝰ figura=
tus ẽ in filijs iſrl' qui dixerũt i pſ̃. cxxxvj. Su/
per flumina babylonis illic ſedimꝰ ⁊ fleuimꝰ
dũ recordaremur ſyon. Babylon iterp̃tat cõ
fuſio. ⁊ ſignificat fluxibilitatẽ p̃ñtis mũdi in ꝙ
hõ multiplicẽ ꝑ pctã acq̃rit cõfuſionẽ. Syon
aũt interp̃tat ſpeculatio. ⁊ ſignificat celeſtem
patriã. vbi ſpeculamur vultũ dei. qꝛ ibi regeꝫ
in decore ſuo videbunt Eſa. xxxiij. Nos igit
qui adhuc ſedemꝰ ſup fluxibilitatẽ p̃ñtis inco
latus qñ recordaremur ſup celeſte ſyon meri/
to fleremꝰ. ſic flebat dauid in pſ̃. xlj. Fuerunt
mihi lachryme mee panes die ac nocte. dũ dr̃
mihi quotidie vbi ẽ deus tuꝰ. Et btũs Gregꝰ
ſup illud Iob. iij. Anteq̃ꝫ comedã ſuſpiro dic
Luctu ſuo aia paſcit cũ flendo ad ſupna gau
dia ſubleuat. ⁊ intꝰ quidẽ doloris ſui gemitũ
tolerat. ſꝫ eo refectionis pabulũ p̃parat. quo
vis amoris lachrymoſe manat. Ctrũ ad ſcõm
ponit impiorũ gaudiũ ſiue exultationẽ. cũ dic
mũdus q̃dẽ gaudebit. Pro quo notanduꝫ ꝙ
mũdus iſte ſignificat ꝑ mare ꝑ qδ filij iſrl' trã
ſierũt ad terrã ꝓmiſſionis Sapieñ. x. ⁊ hoc ꝓ
G pter tria. Primo ꝓpter inquietudinẽ tempe=
ſtatis. in mari eñ ẽ abundantia fluctuũ ⁊ ven
torũ. vñ qui ſunt in mari ſemꝑ ſunt in ꝑiculo.
iux̃ illud Eccĩ. xliij. Qui nauigant mare enar
rant ꝑicula eiꝰ. Sic in p̃ſenti vita ſunt ſemper
ꝓcelle inundationes vndarũ. Modo hõ de/
primit ꝑ aduerſitatẽ. modo eleuat ꝑ ꝓſperi/
tatẽ. modo languet ꝑ infirmitateꝫ. mõ gaudet
ꝑ ſanitatẽ. modo dolet. modo ridet. modo cir
cũdat amicorũ turbã. modo terroribꝰ inimicoꝝ
mõ exaltat ad ſblimitatẽ. mõ hũiliat ad pau/
pertatẽ. Et hoc tãgit pſ̃. xcij. Mirabiles ela/
tiones maris. Sꝫ quare mũdani ⁊ iuuenes p̃=
ſentis tpis huiꝰ. tm̃ diligũt mundũ cũ tot va/
rietates ſunt in eo. Rñdꝫ Macrobiꝰ. ij. ſatur
naliũ ꝓpe finẽ ꝙ aqua maris ꝓiecta in ignem
flãmã nõ extinguit ſꝫ accẽdit. Cuiꝰ rõ eſt natu
ralis pinguedo aque marine ẽ denſa ſalſa pin
guis ⁊ grauis. Moraliter aq̃ maris ẽ gaudi=
um ⁊ iocũditas ſecularis que iocũditas adiũ
cta flãme iuuenilis ardoris eam accẽdit vltra
oẽm modũ recte rõnis. vt dicit Hol. lec. xxxiij
ideo gaudẽt in mari huiꝰ mũdi. ſed ſi reſpice/
rent finẽ certe hic nõ gauderẽt. de h Hugo i li.
de vanitate rerũ mũdanarũ ꝑ moduꝫ dialogi
vbi cũ diſcipulꝰ ſuꝰ videre dixit. nauigãtes in
mari in magna tranquillitate ⁊ aeris ſerenita
te. hoieſq̃ꝫ in naui diſcũbentes ad epulas ⁊ ca
nentes in lyris ⁊ tybijs ⁊ cytharis. in oĩ ge/
nere dulci cantilene auditũ mulcentes. piſceſ=
q̃ꝫ in oĩ leticia alludẽtes. Hugo dixit. q̃d ti/
bi videt. rñdit diſcipulꝰ. Quid niſi magnum
gaudiũ magnaq̃ꝫ iocũditas. ⁊ ſi poſſet eẽ diu/
turna felicitas. Et Hugo. iſtud ẽ ḡ ꝓpterea.
quia mũdus tibi placet. diſcipulꝰ. cur mihi di
ſplicere debeat ignoro. Hugo. fige inq̃t pau=
liſper oculũ donec videas finẽ. ⁊ poſt paululũ
quid inquit vides. diſcipulꝰ. video inquit ni
greſcere celum. nubes ventis agitari. mare cõ
Sed boni ⁊ ſancti homines deo ſe cõtinue recõmendant. ſciẽtes ꝙ diuina bonitas ẽ ⁊ non ſua. ſi cõtra temptatiões reſiſtũt. ⁊ ideo ſignãter dicit Job. xxxj. Si oſculat⁹ ſum manũ meam oꝛe meo q̃ ẽ iniq̃tas maxima ⁊ negatio cõtra dñm altiſſimũ. vbi gloſa dicit. oſculari manum ẽ bonũ nature vel grẽ a deo conceſſũ meritis humanis tribuere. vñ qui oꝑa bona faciunt ⁊ illa deo nõ attribuũt. ſed ꝟtute naturali ⁊ pꝛudẽtie ꝓpꝛie. hi deũ qui ẽ bonitas a q̃ omne bonũ deriuat negant. Tales etiã ſunt q̃ inualitudinẽ ſuã minime ꝑpendẽtes ſpiritu pꝛeſumptionis in altũ dignitatis ſũme ſe extollũt ⁊ tandẽ deficientes cadunt. ⁊ ſe in aĩa letaliter cõfringũt. Cui⁹ ꝓbationẽ ponit Quadripartitus lib. ij. c. iiij. dicẽs. Eleuat⁹ ſtrucio pedis officio cũ aſcẽdiſſet in montẽ cernẽs volucres in liquidũ aerem ale pennate agilitate ſe diffũdere p̄ſumptionẽ ſũmens ex penna. idipſũ voluit attemptare. cũ anhelationis ſpiritu pararet ſe mittere. id gallina ꝓſpiciẽs ſic fert ei dixiſſe. tene locu tuũ chariſſime ⁊ caue ne penna p̄ſumptionis tue tibiã amittas ꝟtutis. Cuius vilipendens humilis ſcꝫ galline ſalubꝛe conſiliũ mox rñdit. Tace miſerrima q̃ cum poſſes validitate pennarũ altis ⁊ lucidis ꝑfrui. grauitate paupis pectoꝛis lutuꝫ colis. Quo dicto coꝛdis vigoꝛe p̄ſumptuoſe ſe cum impetu mouit ſic emittẽs flatũ alarũ mentiẽtẽ. ſtatere ꝟo pondere coꝛruit ⁊ ſui oneris deſcenſu rapido totũ ſe cõfregit. tũc ad vlulatũ dolentis gnara rei gallina deſcendens ad eũ pede tuto venit ⁊ dixit ei int cetera. Nõ attendiſti ꝙ p̄ſumptio dum nimis extendit diſiungit dum erigit dirruit. cũ añponit poſtponit. ⁊ infra. Ita tue valitudinis metas age. vt extra metã tue longitudinis te nolis extendere. Vn⁹ ſume quod poſſis ferre. ⁊ id bibe qđ poſſis digerere. Crepat enĩ im ꝓpoꝛtionatũ ſuis viribus pond⁹ leuiore q̃ nitit. ⁊ caput inebꝛiat. ſi imoderate vinum bibat. Moꝛalit ſtrucio elat⁹ aſcẽdens i montẽ ſignificat p̄ſumptuoſum peccatoꝛeꝫ in montẽ celi aſcẽdentẽ ⁊ alta diuine excellentie ſcrutari volentẽ. Cõtra illud Ecci. iij. Altioꝛa te ne queſieris ⁊ foꝛtioꝛa te ne ſcrutat⁹ fueris. ſꝫ que p̄cepit tibi de⁹ cogita. ⁊ in plꝛib⁹ ei⁹ opibus ne fueris curioſus. Nõ enĩ neceſſariũ eſt ea que in abſcondito ſunt videre oculis tuis.

Per gallinã aũt intellige xp̄m qui dic Mat. xxiij. Quotiẽs volui cõgregare te ſicut gallĩa cõgregat pullos ſuos ſub alis ⁊ noluiſti. Iſta quidẽ gallina xp̄s dñs noſter diſſuadet homini p̄ſumptionẽ. Per h̃ p̄mo ꝙ tamdiu diſtulit incarnari vt p̄ſumptio in hoĩe deſtrueret. Secũdo ꝑ hoc ꝙ aliq̃n viros ſanctos cadere ꝑmittit in aliquod manifeſtũ pctm̃ moꝛtale. ne de ſe p̄ſumant. De h̃ etiã dicit Aug⁹. Audeo dicere ſupbis eſſe vtile cadere in aliqđ manifeſtum ⁊ aptum pctm̃. vñ ſibi diſplicẽãt qui ſibi placẽdo ceciderãt. Salubꝛi⁹ enĩ Petr⁹ cũ fleuit diſplicuit q̃ placuit q̃n p̄ſumpſit. Tertio ꝑ hoc ꝙ p̄ſumẽtibus auxiliũ ſuũ ſubtrahit. et ſubtracto eius auxilio hõ in bono nõ ꝓficit. et tandem in malũ coꝛruit. Ad p̄mũ ꝑtinet illud Judith. vj. Preſumẽtes de ſe ⁊ de ſua ꝟtute gloꝛiãtes humilias. Ad ſcđm ꝑtinet illđ Auguſt. ſup illud verbũ Pſ. lxvij. Infirmata ẽ tu ꝟo ꝑfeciſti eam. Nõ inq̃t infirmaret anim⁹ ſi nõ firmaret. Per hec tria xp̄s ſuadet homine p̄ſumat. ſi aũt hõ ipſe audire noluerit ⁊ pꝛeſumptuoſe alta maieſtatis ſcrutari voluerit in anima ſua ſe frãgit ⁊ collidit. quia dicit Prouer. xxv. Qui ꝑſcrutatoꝛ ẽ maieſtatis opꝑimit a gloꝛia. Et ſicut gallina pꝛeſumptionem ſtrutionis irridebat. ſic chꝛiſtus pꝛeſumptuoſos ſubſannabit. Iuxta illud Pſ. ij. Qui habitat in celis ſubſannabit eos. Quarto quidam deducunt ſpiritu malicioſe ſeueritatis ſicut nobiles ⁊ potentes. qui latera ſua ſtipant maliciosis conſiliatoꝛibus quoꝛũ inſtigatiõibus ad iniurias varias pauperũ agitant. nunc ad ipſoꝛum deꝑdationes. nunc ad iniuſtas exactiones. nunc ad iniquas ſeditiones. ꝑ quas reſpublica diſſipatur. ⁊ pax ciuilis perturbatur. ideo verificat illud Eſa. v. Propterea captiu⁹ ductus eſt popul⁹ meus quia nõ habuit ſcientiam ⁊ nobiles eius interierũt fame. ⁊ multitudo eius ſiti exaruit. ⁊c̃. Et hec eſt ꝓphetia tam de culpa pꝛeterita q̃ de vltione futura.

Hoc quidẽ ſpiritu malicioſe ſeueritatis deducunt etiam quidã parẽtes pueros ſuos nimis ſeuere coꝛrigentes quoꝛũ vnus dict⁹ fuit brucus. qui duꝫ debebat filios ſuos caſtigare eos ad palũ alligauit ⁊ ſeuere ⁊ imiſericoꝛdit verberauit. Ali⁹ fuit dict⁹ Caſſio qui filiũ ſuũ coꝛrigere volens necare pꝛecepit. vt recitat Valerius in policraton. lib. v. c. vj. Iſte ſpiritus

maliciose ſeueritatis non ducit ad terrā rectā
ſcꝫ bone vite. ſed interdū malicioſe. Sic de h
legit in geſtis Anſel. et idē refert Uincentius
in ſpe. hiſto. lib. xxvj. c. vij. Cũ quidā abbas ſe
mel cōferebat cū Anſelmo q̄d fieret de pueris
in clauſtro enutritis. nō ceſſam⁹ inquit abbas
die ac nocte eos verberare ⁊ ſemꝑ fiūt deterio
res. Ad quē Anſ. q̄ꝫ bñ nutrimētū vr̄m expē=
ditis qui de hominib⁹ beſtias facitis. dic mi=
hi queſo abbas. Si plantā in orto tuo planta
res ⁊ mox illā ex omī pte ꝯcluderes vt ramos
ſuos nullaten⁹ extendere poſſet qualis arbor
inde ꝓdiret ꝑfecto inutilis ⁊ cū ramis ꝑple=
xis. Sic vos tm̄ minis ⁊ terrorib⁹ pueros co=
artatis vt null⁹ ex eis liceat penit⁹ potiri liber
tate. vñ fit q̄ nihil amoris pietatis ⁊ dulcedi=
nis circa ſe in vobis ſentiūt. nec illi alicui⁹ bo=
ni in vobis poſtea fidē habebunt. Accidit vt
ſicut creſcunt in corpe ſic ⁊ in modo ſenſuali ⁊
ſuſpitione mala creſcūt. Cūq̄ꝫ a nullo fuerint
in vera charitate enutriti. nullum niſi deꝑſſis
ſupcilijs oculorū aliquo vultu valeāt intueri
hec Anſ. ideo dicit etiā Caſſian⁹ libro collati
onū. vidi em̄ q̄ ruinā ſepe intulit multorū ni=
mia aſperitas ꝓlator. Quinto deducunt qui
daꝫ ſpiritu vigoroſe benignitatꝭ. Sicut hi qui
erāt in deſerto videlicet iudei de egypto exeū
tes quos dn̄s ex ſua benignitate vigoroſe pre
cedente colūna nubis deduxit ꝑ deſertū. De
quo Exod. xiij. dn̄s aūt p̄cedebat eos. ad oſtē
dendū viā ꝑ diem in colūna nubis ⁊ in colum
na ignis ꝑ noctē vt dux eſſet vtroq̄ꝫ tpe. Ad
cōmemorat dauid Pſ. ciij. Expandit nubeꝫ
in ꝓtectionē eorū ⁊ ignē vt luceret eis per no=
ctem. Moraliter ꝑ filios iſrl̄ intellige homies
xp̄ianos. Sꝫ ꝑ nubē que eos p̄cedebat ſubau
di ſpm̄ſcm̄. pmo quia nubes in terra vel i ma=
ri eleuat. Iux̄ illud. iij. Reg. xviij. Ecce nube
cula pua aſcendebat de mari. ſic ⁊ ſpūſſanct⁹
quos repleuit eleuat a terrenis ⁊ ꝯtemptu ter
renorū ad cōtemplationē eternorū ⁊ ſupnorū
Iuxta illud Ezech. viij. Eleuauit me ſpūs in
ter celū ⁊ terrā. ideo dixit fortunatus in omel.
Eos q̄s ſpūſſanct⁹ humiles inuenerit. ad alta
felicitatis beatitudiniſq̄ꝫ ſuſtollit. Scd̄o ſicut
nubes refrigeriū p̄ſtat. ſic ſpūſſanct⁹ refrige=
rat cōtra incētiua vitiorū. vñ angel⁹ dixit ma
rie Luc. j. Spūſſanct⁹ ſupueniet in te. ⁊ v̄tus
altiſſimi obumbrabit tibi. i. ab omī eſtu vitio=
rum te refrigerabit. Tertio ſicut ex nube plu=
uie generant. ſic ſpūſſanct⁹ reſoluit aīam i ab=
undantiā lachrymarum ſiue in cōpunctioneꝫ
ſiue in oronem. Iuxta illud ad Rhoma. viij.
Nos pmitias ſpūs habētes. i. ſpiritūſanctum
in maiori plenitudine ⁊ ipſi intra nos gemim⁹.
Modo ad ꝓpoſitum ſicut deus deduxit fili=
os iſrael ꝑ columnā nubis de egypto exeun=
tes verſus terram promiſſionis. Sic de⁹ pat
⁊ deus filius deducit nos in egypto hui⁹ mun
di ad terram que fluit lacte chriſti humanita=
tis ⁊ melle ſuauiſſime deitatis precedēte nos
ſpiritusſancto. Ipe em̄ ſpiritusſanctus dedu=
cit egredientiū animas ne in infernum cadāt
eas tenendo. Iuxta illud Pſ. lxxij. Tenuiſti
manum dexterā meā. ⁊ in voluntate tua dedu
xiſti me ⁊ cū gloria ſuſcepiſti me. deducet eas
deniq̄ꝫ ne purgatoriū circūeant ipſas benigne
dirigendo. Iuxta illud Pſ. xxij. Deduxiſti
me ꝑ ſemitas iuſticie. vbi dicit glo. per ſemitas
iuſticie ducit qui ad regnum ſine purgatorio
tranſit. deducit ipſas vltimo ne in via diabo=
lum videant eas pie cuſtodiendo. vellet eniꝫ
diabolus animas ſanctas in via deterrere ſi
nō in pace ſpiritusſancti deducerentur. Ideo
dixit Eſa. lv. In leticia egrediemini de corpo
ribus veſtris. o anime ſancte. Et in pace de=
ducemini ſcilicet in vitam eternā. ad quā nos
perducat. ⁊c̄.

¶ Feria tertia pentecoſtes. Sermo. ij.

AMen dico vobis
qui non intrat per oſtium in ouile. ſed
aſcendit aliunde hic fur ⁊ latro ē. Qui
aūt intrat per hoſtiuum paſtor eſt ouiū. huic
oſtiarius aperit ⁊ oues vocē eius audiūt. Io=
hannis. x. Eſt cōmune prouerbiū. non omne
quod ſplendet in igne eſt aurum. quia cuprū
in igne diſſolutum ſplendet. ⁊ tamē aurum nō
eſt. Sic etiam. non omne quod in mari vide=
tur inſula vel mons eſt. Quia refert autor ꝓ=
prietatum. libro. xvj. c. de piſcibus. Cũ cetus
poſtq̄ꝫ ſenuerit nititur in mari quieſcere et ex
quiete ſine motu facta per multos annos ex
ebulitione maris ⁊ puluerib⁹ maſſa terre ſu
per eo congregatur. ⁊ tūc ibi frutecta creſcūt.
Quod naute videntes ſperant ibi bonuꝫ fun
dum haberi ⁊ montem eſſe. applicant ſe cū na=
uibus ſuis. ⁊ ignem componūt ad cibaria de=
coquenda. quem quidem ignem cetus ꝑ maſ=
ſam terre preſentiens cedit ⁊ omnes ſubmer=
git. Et q̄ hoc ſit verum. ſcribit Uincentius in
ſpeculo hiſtoriali li. xxij. c. lxxxxviij. Dū ſan=
ctus Brandanus alias dictus Matures in
mari nauigaret accedente die paſce vidit quā
dam inſulam ſuper cetum ⁊ nauim applicauit
ibiq̄ꝫ miſſam celebrauit. cunq̄ꝫ miſſam caneret
⁊ ad dominicam orationem perueniſſet. tota
inſula commota eſt. belua illa ſe mouente. ti=
mentes igitur ſe mergendos clamauerūt. vir
aūt dei ſtans imperterritus finiuit miſſam. et
poſt ſocios confortare cepit. tūc diffugientib⁹
cūctis ad nauim ſtās in oratione ſe proſtrauit

rogãs dñm vt cetũ illũ imobilẽ faceret. q̇uſꝗ
cõgregatio fratrũ euaderet. qď ⁊ factuꝫ ẽ. Ex
his pꝫ ꝙ aliqñ videt̃ aliquid ſplendere tãꝗ
aurũ. ⁊ eſſe velut mons. cũ tñ neꝗ aurũ. neꝗ
mons extet. Ita etiã eſt moraliter in ſancta ec
cleſia. in qua quidã apparẽt magni velut mon
tes ꝑ fictã ſanctitatẽ. ita vt in iudicio humano
videant̃ electi. cũ tñ in cõſpectu altiſſimi ſunt
reprobati. Quia dic̃ Greg⁹. ⁊ ponit̃. xj. q. j. c.
Sacerdotib⁹. Multa inquit ſunt que hoies
de iudicio dei ignorant q: fortaſſis q̃ vos lau
datis ille reprehẽdit. ⁊ q̃ vos rephendiſtis ille
laudabit. Et hoc ꝓbat̃ in figura. j. Regl. xvj.
vbi legit̃ ꝙ dñs miſerat Samuelẽ inungere
regẽ vnũ de filijs Iſai. veniens ergo heliab vi
dit primogenitũ ꝓcerũ corpore ⁊ p̃ alijs pul
chrum quẽ in regem vngere voluit quaſi ele
ctum. ⁊ dñs ad Samuelẽ. nõ inquit reſpicies
vultũ eius neꝗ altitudinẽ ſtature eius qm̃ ab
ieci eũ. Ex quo patet ꝙ iudiciũ humanũ inter
dum fallit̃ quo ad electionẽ. Sꝫ nouit de⁹ ſol⁹
qui intuet̃ cor qui digni ſunt ⁊ quib⁹ voluerit
miſericorditer reuelare. Ponit tñ dñs in p̃ſen
ti verũ ſignuꝫ ꝑ qď cognoſcere põt q̇libet ele
ctum videlicet q̇ intrat ꝑ hoſtiũ. i. xp̄m in oui
le ouiũ. qui aũt aſcẽdit aliunde elect⁹ a deo nõ
videt̃. Et h̄ eſt ꝙ dicũt v̄ba p̃aſſumpta. amẽ
dico vobis q̇ nõ intrat ⁊c̃. In q̇ quidẽ euãge
lio duo tangunt̃. Primo parabole ꝓpoſitio.
ibi. q̇ nõ intrat. ſcďo ipſi⁹ expoſitio ibi. ego ſuꝫ
B hoſtiũ. Circa hoc notandũ. ꝙ ꝑ ouile de quo
euangeliũ facit mentionẽ intelligẽ debes quã
libet eccleſiã bñficia ⁊ p̃bendas continentẽ in
qua diuerſi diuerſimode intrãt, tanꝗ ꝑ varia
hoſtia. Quidã eñ intrant in ouile eccleſie per
demonũ ꝓcurationẽ. Sicut refert Robertus
Hol. lec. clxxxix. de duob⁹ quorũ primus fuit
papa Silueſter qui pri⁹ dicebat̃ Gerbertus.
hic p̄mo fuit monach⁹ floriacenſis cenobij et
poſtea apoſtatauit ⁊ diaboli obſequijs ⁊ arti
magice ſe penit⁹ obligauit. itm̃ ꝙ fecit ei oma
gium tali pacto. vt omia ei ad nutũ venirent.
ꝓcuratione igit̃ diaboli eiuſꝗ auxilio ꝓmot⁹
⁊ ſuffult⁹. factus ẽ primo archiep̄s remenſis.
⁊ poſtea rauanent̃. ⁊ tandẽ papa romanus et
demũ queſiuit a diabolo q̃diu viueret in pa
patu. rñſum ẽ ei ꝙ q̃diu nõ celebraret in q̇daꝫ
loco rhome qui hierl̃m dicit̃. ⁊ ẽ in lateraneñ.
cõtigit vt ibi celebraret ⁊ ex ſtrepitu demonũ
mortẽ ſibi ſenſit adeſſe. Suſpirauit g̊ ⁊ igemu
it. ⁊ lꝫ ſceleratiſſim⁹ fuit nullaten⁹ tñ deſpera
uit ⁊ in h̄ valde ſapiẽter egit. quia dic̃ Celeſti
nus papa. xxvj. q. vj. c. Cognouim⁹. Horrẽ⁹
inq̇t fateor tante impietatis aliquẽ reperiri vt
de dei bonitate deſperet. igit̃ corã omib⁹ pec
catũ cõfeſſus ẽ ⁊ mẽbratim diuidi corp⁹ ſuum
iuſſit ſeu ordinauit vt omia illa mẽbra ampu
tarent̃ q̇bus demones adorauerat. Truncuꝫ
v̄o mortuũ ſuꝑ bigam iuſſit imponi. ⁊ vbicũ
ꝗ illa aialia currentia ſiſterẽt ſepeliri deberet
deo v̄o ſignũ euidens oſtendẽte aialia corp⁹
illud ĩ eccleſiã lateranenſem trahũt. In cui⁹ ſe
pulcro adorato ratũ habet̃. ꝙ tumultu oſſiũ ⁊ ſu
dore pape p̄bet̃ p̃ſagiũ morituro. ⁊ hec habẽ
tur in cronica fratris Martini. Secũd⁹ q̇ eti
am intrauit in ouile eccleſie ꝑ demonis ꝓcura
tionẽ nõ noiat̃ qui ſe ꝓpter honores cõſequẽ
dos arti magice dedit. tandẽ ꝓcurante diabo
lo factus ẽ ep̄us. hic cũ m̄ltos haberet aduer
ſarios ⁊ eſſet in quodã caſtro ſuo de q̇ multuꝫ
confidebat ⁊ cũ plimũ timeret cõſuluit demo
nem ſuum ſub hac forma. fugiã vl̃ nõ. reſpon
dit demõ, Nõ ſta ſecure. veniẽt inimici tui ſua
uiter ⁊ tibi ſubdent vr. Accedũt g̊ hoſtes ⁊ ca
ſtrum rapiũt ⁊ ſuccendũt. Inuocauit g̊ demo
neꝫ in extrema neceſſitate q̇ſiuit q̇d faceret et
q̇re eũ ſic finaliter fefelliſſet. rñdit demõ ꝙ eũ
nõ decepit ſed verũ dixit. ſi dictũ ſuũ itellexiſ
ſet. dixi inq̇. nõ ſta ſecure. i. fugias. veniẽt ini
mici tui ſuauiter ⁊ ſubdent tibi vr. i. ignẽ. Et
ſic ip̄m vltimate deceperũt q̇ ꝑ hoſtiũ diabo
lice ꝓcurationis in ouile ſancte eccleſie peſſi
me intrauit. Secũdi intrant in ouile eccl̃e per C
munerũ largitiones. vt oẽs q̇ mediante pecu
nia intrãt in religiones. quia ſimoniacũ ẽ ⁊ ꝑ
uerſum. ideo dicit̃ extra de ſtatu mo. c. mona
chi. Monachi nõ p̃cio recipiant̃ nec peculiũ
ꝑmittant̃ habere. Si q̇s eñ exactus ꝓ ſua re
ceptione aliq̇d dederit ad ſacros ordines nõ
aſcendat. Is v̄o qui eũ recipit officij ſuſpenſi
one mulcet̃. dicit eñ Raymũd⁹. Si monaſte
rium eẽt adeo tenue ⁊ pauptate depſſum. vt
puta ꝙ redditus nõ ſufficerẽt ꝑſonis p̃ſentib⁹
nõ ſolũ poſſunt intentionẽ habere. ſ etiã pñt
dicere nõ ſufficiunt nobis tp̄alia libenter tere
ciperem⁹ ad ſp̄ũalia ſed ad temꝑalia non niſi
haberem⁹ plures poſſeſſiões ⁊ tũc ille offerat
ſe ⁊ ſua. Sed decretalis allegata videlicet mo
nachi. põt intelligi cũ monaſteriũ abundat. et
tunc nõ debet recipe quẽꝗ ſub illa forma. re
cipim⁹ te in fratrẽ ſi attuleris vnde viuas. q̇a
eccleſie bona nõ ſufficiũt niſi nobis. vt extra ď
ſimo. c. tua. In monaſterijs etiã monialiũ nõ
mendicantiũ nõ debẽt recipi niſi que poſſunt
de ꝓuentib⁹ monaſterij ſuſtẽtari abſꝗ penu
ria alias nulla eſſet receptio. vt extra de ſtatu
mona. ⁊ canoni. regula. ꝑiculoſo. §. Sane. li.
vj. Item clericus ſecularis dans pecuniam ꝓ
eccleſie p̃benda male itrat ⁊ ſimoniã cõmittit.
vt. j. q. iij. ꝑ totũ. Ideꝫ intellige ſi pater daret
pecuniã vt filius bñficiũ habeat. Sꝫ diceres.
quid ſi pater emit bñficiũ filio ignorãte nũq̇d
ſimonia reputat̃. rñdet Hugo. j. q. j. Conſtat.
Si filius ignorat ꝙ pater dedit pecuniaꝫ aut

aliqḋ aliud mun⁹ ꝓ eccl'ia vel altari nō peccat
nec ei iputaꝛ quātū ad reatū. ⁊ ſi ſtatim vt co/
gnoſcat dimittit excuſaꝛ ⁊ ex miſ'icordia tolle
raꝛ. Si aūt poſtq̄ȝ ſciuerit nō dimittit peccat.
⁊ tanq̄ȝ ſimoniac⁹ directe ſm canones ē depo
nend⁹. Itē p̄lati qui dant potentiā ⁊ vſuȝ cla
B uiū eccleſie ꝓ mūerib⁹ ⁊ tempali mercede fre=
quēter ⁊ dn̄i terreſtres q̄ eccleſiā vnicā ſpon/
ſam xp̄i ⁊ bn̄ficia vendūt multū deū offendūt
Nō patet ex illo qḋ dicit Holc.lec.cxxxj. Ip=
ſe em̄ in ſuo aduētu venit in carne iudicari nō
iudicare. venit peccata tollere non punire. ad
oſtendendū clemētiā nō vindictā. tn̄ ꝯtra pec
catū ſimonie ita fremebat ꝙ q̄ſi oblitus inna/
te māſuetudinis nō examinās cām ſed obiur=
gans ſtati ad puniendū ſe dedit Nā Joh.ij. ⁊
Mat.xxj. dicit. ꝙ facto flagello de funiculis
eiecit emētes ⁊ vēdētes de tēplo ⁊ mēſas nu=
mulariorū. es ⁊ cathedras vendentiū colum=
bas euertit q̄ ſimoniacos figurabāt. Et dixit
eis. Scriptū ē em̄. dom⁹ mea dom⁹ orōnis vo
cabiꝛ. vos aūt feciſtꝭ eā ſpeluncā latronū. nec
mirū ſi cōtra tales ſic exarſit. Nā ipi chriſtum
expellunt de ſuo officio. chriſt⁹ em̄ hic oſtiū ſe
dic. ego ſū hoſtiū. nolēs ꝙ aliquis in eccleſiaȝ
id ē. eccl'iaſticā dignitatē intret niſi ꝑ chriſtū.
Iſti ḡ p̄lati mali q̄ expellūt chriſtū de ſuo offi
cio faciētes pecuniā eſſe hoſtiū ⁊ nō chriſtum
filēs ſunt ſimoni mago. Cui dixit Petr⁹ Act.
viij. Pecunia tua tecū ſit in ꝑditionē. q꞉ exi/
ſtimaſti donū dei pecunia poſſideri. nec ē cer/
te aliq̄ ꝑſona ita ꝑui valoris q̄n ſibi magnā cō
tumeliā iudicaret inferri q̄ ſi duceret de foro
ad forū ⁊ vbiq꞉ offerret venalis. q̄nto magis
ſponſa xp̄i eccl'ia. ido chriſt⁹ ꝓ ſponſa offendi
tur q̄ viliſſimis ribaldis ad emēdū offerꝛ. nūc
in foro pape. nūc in foro regis ſiue p̄ncipis vl'
alteri⁹ dn̄i ſecularꝭ. talis merito fur ⁊ latro de
bet vocari. ſi em̄ vocaꝛ ille fur vel latro ⁊ ſa/
crileg⁹ q̄ furaꝛ calicē vel librū ſacrū de eccleſia
multo magis ille qui totā furaꝛ eccleſiā. ⁊ om
nia bona ei⁹ dn̄o ei⁹ inuito. Quātū cōtemptū
⁊ damnū faceret aliq̄s regi q̄ in camerā intro=
duceret ſerpētes. bufones. ⁊ ꝟmes imundos
Sed certe iſti venditores in eccleſiā dei intro
ducūt callidos. verſutos plenos veneno pec=
cati. adulatores p̄dones ⁊ latrones q̄ reptilia
vermes magꝭ q̄ȝ hoies nūcupanꝛ ſeu dici poſ=
ſunt. Et ſic maximū damnū fieret hoi ſi ſpōſa
ſua ſic ꝑ artē magicā incantareꝛ ꝙ loco prolis
hūane ꝓduceret talpas ſerpētes ⁊ aſinos cor=
nutos. Ita fit ex ꝑte iſta (irrecōpenſabile dā/
num eccl'ie) ꝑ eccl'ie venditores. Qn̄ em̄ aliq̄s
auarus q̄ tot⁹ inheret terrenis in eccl'ia cano/
nicaꝛ vel p̄ficiꝛ in cura. poſſunt filij eccleſie di
cere mater nr̄a ꝓ fratre nr̄o pepit nob̄ talpam
Qn̄ poniꝛ in eccl'ia maxim⁹ rixator vel bella/
tor poſſunt dicere maꝛ nr̄a genuit nobis vnuȝ
ſerpentē. Et qn̄ p̄ficiꝛ vn⁹ ep̄s illr̄at⁹ vel laic⁹
poſſunt dicere merito ꝙ eccleſia pepit vnum
aſinū cornutū. dicit em̄ btūs Aug⁹. ꝑ. lxx. an=
nos babylonice captiuitatꝭ durauit fax ignis
quā Hieremias abſconderat q̄ tūc p̄mo extin
ctus ē qn̄ antioch⁹ vendidit ſacerdotiū Jaſo=
ni. vt patȝ. ij. Mach. iiij. De illis malis vēdi
toribus exponi pōt illud Johel'. iij. Poſuerūt
puerū in ꝓſtibulo ⁊ puellā vendiderūt ꝓ vi/
no vt biberēt. Per puerū ſubaudi xp̄m. De q̄
Eſa. ix. Puer nat⁹ ē nobis. h̄ poniꝛ in proſti/
bulo qn̄ eccl'ia ſancta cōferꝛ vni lubrico ⁊ luxu
rioſo. Et ꝑ puellā intellige eccl'iam q̄ ē ꝟgo ſi=
ne ruga ⁊ hec vendiꝛ ꝓ vino qn̄ honor eccl'ie
cōferꝛ vni guloſo. Tertij intrāt ouile ſcē eccle E
ſie ꝑ ꝓcuratorū reſignatiōes. pōt em̄ curatus
quilibet cū ſit ſenex vl' debilis renūciare eccl'e
vt extra de renū. Niſi cū pridē. ⁊ hāc eccleſiā
pōt cū licētia patronorū alij idoneo reſignare
videat aūt ille q̄ bn̄ ad tale regimē ītrat. ne cir
ca h̄ negligēs exiſtat. quia legiꝛ in lib. apum.
c. ij. ꝙ Bruno in ꝑtib⁹ theutonie in opido ma
gno qḋ mons martis diciꝛ. bon⁹ p̄ſbyter exti=
tit ⁊ caſtus h̄ cōſobrinū habuit noie Bruno/
nem virū ſciētia ⁊ morib⁹ approbatū. hūc auū
culuȝ p̄ſbyter bruno ſepi⁹ deuote rogabat vt
dicte prochie curā ſuſcipet ⁊ ip̄e tā ſenex reli/
gionē intraret. annuit ille poſt ml'tas p̄ces in=
uit⁹ tn̄. eo ꝙ regimē tāte prochie formidaret.
hic vt obtinuit. Bruno p̄ſbyter religionem in
trauit. ⁊ cito ab hac vita poſt h̄ migrauit diffe
rente Brunone iuniore regimen attēptare. eo
ꝙ aliud bn̄ficiū capellanie viginti marcarū in
caſtro teneret vicariū ꝓcurauit. brunone vna
nocte iuniore in lecto quieſcēte apparuit ei ſe=
nex bruno in cappa nigra iā defunct⁹ ⁊ dixit ei
In grege cōmiſſo male te regis. ⁊ pede ſciſſo
Claud⁹ es inſpicio que pena futura reduco. h̄
dicēs eleuauit cappā q̄ indut⁹ videbaꝛ ⁊ ſe gra
uiter affligi demōſtrauit. ad h̄ Bruno expge=
fact⁹ recolit viſionē atq꞉ verſus ⁊ mox iterum
reſoluiꝛ in ſoporē cui eodē ſcemate defunctus
apparēs dixit Tu pene cā req̄es ꝑ te mihi clau
ſa. ardeſcit vncin⁹ ignis ⁊ eſca futuri. Et hoc
dicēs illi tormētū ignis oſtēdit iterato Cui ter
tio apparēs dixit ſoporato. Mūdi delitijs in=
terdū ſeria miſce. Et his p̄mitijs cape ꝑtes ac
reſipiſce. Ad cui⁹ ꝟba Bruno reſurrexit ⁊ fle
xis genib⁹ ſe impleturū qḋ auūculo viuēte ꝓ
miſerat. nec mora cū ſplendore nimio ꝺfunct⁹
apparēs manifeſte cōgaudēs vouēti. letatus
ſum inq̄t in his que dicta ſunt mihi in domuȝ
dn̄i ibim⁹. ⁊ h̄ dixit i ſublimi. Et ꝯcludit Api
arius vide quāti periculi ſit curā animarū ſu/
ſcipere ⁊ in man⁹ relinquere negligētis quod
in brunone ſeniore potes aduertere qui curaȝ
Do

neglıgent̄ deſeruit ⁊ in brunone iuniore q̄ ſu-
F ſceptā alteri cōmiſit incurate. Sed. d. a. nūq̄d
pōt p̄ſbyter aliū ſubſtituere curā q̄ ei cōmitte
re. ⁊ ſe ab ouib⁹ ſuis abſentare: ad hoc r̄ndet.
Bartho. brix. dicēs. q̄ iura p̄mittunt abſenti
am cōtinue vel ad temp⁹. ſi ip̄e ſua cura impē-
ſis p̄uidet. q̄ eccleſia decent̄ officiet̄ ⁊ popu-
lus ſufficiēter regat̄ ⁊ ip̄e exēplū bonū popul̄
oſtēdat ⁊ interdū p̄ ſe ad locū accedat. ⁊ de p̄-
dictis certificet̄. ⁊ q̄n̄q̄ p̄ ſe officiū p̄ſoluat. et
hoc q̄ ad forū cōtentioſum videt̄ ſufficere ad
ſalutē. Sed an hoc ad forū cōſciētie ſufficiat.
videt̄ certe q̄ non. quia ſi ſufficeret bruno ſe
nior p̄pt̄ abſentiā auūculi ſui punitus non fu
iſſet. aut nec a celeſti gaudio retardat⁹ eēt. ip̄o
addit Bar. tuti⁹ ē vt cōtinue p̄ ſe faciat ⁊ apō
G oues ſuas reſideat. Quarti intrāt in ouile ſan
cte eccl̄e p̄ p̄cū oblatiōes. ⁊ he p̄ces ſi ſint car/
nales ſymoniā cōmittūt. vt p̄tz. j. q. j. Sūt nō-
nulli. Quia tales p̄ ſp̄ūali obtinēdo manus a
lingua offerūt. diſtinguūt t̄n̄ hic doc. vl̄ aliq̄s
porriget p̄ces p̄ indigno. Sz p̄ inde p̄ces offe
runt̄. tā ille q̄ offert. tā ille etiā qui eos exaudit
ſimoniā cōmittūt. vt patz. j. q. j. de ordinatio-
nib⁹. Si aūt p̄ces porrigant̄ p̄ digno nō eſt ſi
monia. vt. j. q. j. latorē. pōt t̄n̄ eē in intentione
q̄n̄ habet̄ reſpect⁹ ad fauorē humanū n̄ ad di-
gnitatē p̄ſone. vt extra d̄ eta. ⁊ q̄. ordinā. tuā.
Sz. d. a. nūquid p̄ces porrigēs p̄ ſeipſo pec/
cat. r̄ndet Raymūd⁹. q̄ nō pōt petere eccl̄am
vel b̄n̄ficiū h̄n̄s curā aīarū q̄ītūcūq̄ ſit dign⁹.
vt patz. j. q. j. ordinādos. Sz b̄n̄ficiuz ſimplex
ſi ſentit ſe eē dignum petere pōt abſq̄ metu ſi
monie. ex̄ de ſimo. c. tua nos. cōcordat Tho. ij
q. c. ij. ⁊ in. iiij. diſt. xxv. ⁊ hoſti. Quidā t̄n̄ di-
cunt. q̄ licz rogare etiā b̄n̄ficiū qd̄ h̄z curā aīa-
rū ſi ē dign⁹ ⁊ indiget etiā ⁊ ſi nō indiget ſi pe-
tit b̄n̄ficiū ſimplex peccat ſm̄ ſcm̄ Tho. vbi ſ.
Quinti intrāt p̄ parentū collatiōes. vt ſunt il-
li q̄b⁹ parētes cōferūt eccl̄as a ſe fundatas qd̄
t̄n̄ ē inhibitū. ex̄ d̄ iure patro. Cōſuluit. p̄ Ale
xandrū. iij. vbi idē dicit. Patronus nō pōt p̄
p̄ria autoritate eccl̄am quā fundauit dare filio
ſuo. nec fili⁹ pōt occupare. ⁊ dic̄ notant̄ p̄p̄ria
autoritate. pōt t̄n̄ ſm̄ Hoſti. p̄r̄ filiū vel nepo-
tem p̄n̄tare. dūmō ſit idone⁹. q̄r poti⁹ videt̄ p̄
ſentād⁹ q̄̄ ali⁹. ar. ex̄ de cohab. cleri. ⁊ muli. c.
j. Et ex̄ de cenſi. cū ap̄l̄s. §. inhibem⁹. Concor
dant Innoc̄. Goffre. ⁊ Bern̄. Sexti intrāt in
ouile eccl̄e p̄ potētū intruſiōes. Nā ſūt nōnul-
li potentes ⁊ dn̄i q̄ interdū p̄ vim intrudūt ſu-
os familiares aut ſuitores ad eccl̄aſticas di-
gnitates ⁊ alijs illas auferūt q̄ in illis mai⁹ius
vident̄ rōne electionis obtinere. Et oēs iſti q̄
ſic intrāt ſunt fures ⁊ latrones. Fures p̄ tan-
to. q̄r auferūt eccl̄iam vel aliud b̄n̄ficium dn̄o
ſuo inuito. Sz latrones ſunt. q̄r vi auferunt.

Et tales habēt timere qd̄ core cōtigit Numē.
xvj. qui ſuggeſſit datan ⁊ abyron vt ipſi ha-
berēt p̄ncipatū ⁊ ip̄e ipſorū p̄tāte h̄r̄et ſacerdo
tium. ſed terra eos abſorbuit cū tabernaculis
corū. Septimi ⁊ vltī intrāt p̄ collegiatorꝫ ele- H
ctiōez. q̄r electio d̄ iure cōmuni ſpectat ad col
legiū. etiā ſi duo vel tres fuerint. vt ex̄ de ele/
ctio. c. j. Et. lxiij. diſt. Adrian⁹. Et q̄ ſic intrāt
in eccleſiā ſanctā itrāt p̄ hoſtiū xp̄m. ſicut ſan-
ctus Matthias q̄ p̄ collegiū ap̄lorū in ap̄l̄m
fuit elect⁹ Act. j. Sic elect⁹ fuit Salomon qui
dicit Sap̄. ix. Tu me elegiſti regē p̄p̄lo tuo ⁊ iu
dicē filiorū tuorū iſr̄l ⁊ filiarū iuda. Hic vt dic̄
Hol. in lec. cxix. informat̄ q̄libet p̄nceps ⁊ p̄/
lat⁹ circa ſtatū ſuū quatuor cōſiderare. Prio
q̄ non ſit immiſſus p̄ intruſionem. ſed vt vere
poſſit dicere. tu me elegiſti. Forma em̄ p̄lato-
rum eligendorū ē ip̄e chriſt⁹ in trib⁹ in ſua cō-
ceptione. in ſua natiuitate. ⁊ in ſua cōuerſatio
ne. Fuit em̄ ſp̄ūaſſn̄cti cōcept⁹ op̄atione. nat⁹
ſine matris corruptiōe. cōuerſat⁹ fuit in mun-
do ſine ambitiōe. quod patet ex illo q̄n̄ popu-
lus voluit eum in regē eligere fugit ille ⁊ renu
it rex fieri. Joh. vj. iſto modo q̄ debet ſtatū in
trare prelature debet cōcipi mētib⁹ electorum
p̄ ſp̄ūſſancti inſpirationē. debet naſci de m̄re
que ē cōgregatio fideliū. debet p̄eſſe ſine cor-
ruptione. ita q̄ nec ſit corrupt⁹ p̄ce vel p̄cio vl̄
blanditijs aut minis potentū. debz etiā elect⁹
accip̄e ſtatuz ſine ambitiōe vt velit ſi poſſit ex
corde fugere ⁊ inuit⁹ obedire. Sed timenduz
ē vt dicit Hol. vbi ſ. q̄ nōnulli hodie in ſcā ec
cleſia indebite ⁊ male eligunt̄ p̄pter p̄tiales
affectiōes. q̄dā p̄pt̄ mūdiales poſſeſſiōes. ⁊ q̄
dam p̄pt̄ curiales int̄poſitiōes. Cōſiderāt nō
nulli electores nō quis ſit melior vita. clarior
ſciētia ⁊ celebrior fama. Nō q̄s velit in benefi
cijs eē ſb̄tilior ⁊ ſubuēctionib⁹. q̄s velit ſuā vi-
tam ampli⁹ emēdare. Sed quis velit crimina
magi̇ diſſīl̄are. Cōſiderāt alij q̄s ē in reb⁹ opu-
lentior ſeu locupletior in b̄n̄ficijs pinguior i ex
penſis p̄fuſior. in conuiuijs blandior. in ocio
ſacq̄ familia locupletior. Alij cōſiderāt q̄s ē re
gi aut regalib⁹ p̄ſonis gratior. ⁊ acceptior. q̄s
parentū nobilitate generoſior. q̄s mūdane va
nitati abilior ⁊ vſitatior inuenit̄. Iſti non eli-
gunt p̄ ſp̄m̄ ſcm̄ ſed p̄ ſp̄m̄ ſuū nequā. Contra
quos dicit̄. iiij. Reḡ. x. Eligite meliorē ⁊ euz
q̄ vobis placuerit de filijs dn̄i ⁊ ponite eū ſup
ſoliū p̄ris ſui. Sed certe hoc iā nō faciunt. ido
legit̄ quēdā dixiſſe regi Ludouico q̄renti cur
nō fiūt miracula p̄ ep̄os ſic olim: dn̄e inq̄t oliz
fiebāt electi ⁊ electores p̄ ſp̄m̄ ſcm̄ cui⁹ ē facere
miracula modo faciūt p̄ reges ⁊ p̄ncipes q̄ mi
racula facere nō p̄n̄t. Hic incidūt dubia. Pri- I
mū an electores debeant eligere poti⁹ l̄ratū q̄
nobilē. r̄ndit Hol. lec. lxxviij. Quāuis l̄ratu-

ra ſimplicit̄ loquēdo reddit hoiem magꝭ ido/
neum ad ꝓmotionē in eccleſia. In caſu tn̄ vbi
nobilitas fulcita ē bonis moꝛib⁹ pl⁹ pōt ex
dire eccľie in reſiſtēdo rebellib⁹ ⁊ lupis inua/
dentib⁹ q̄ꝫ poſſit lr̄atura. ⁊ in h̄ caſu debet pre
poni nobilitas litterature. Scdm dubiū vtrū
in electiōe magis debet p̄ferri iuriſta q̄ꝫ theo/
logus in ep̄atu. rn̄det idē ꝙ in collatiōe ep̄at⁹
nō ē acceptio ꝑſonarū dimittere videlicꝫ vnū
theologū ⁊ ꝓmouere vnū bonū iuriſtā vł ca/
noniſtā vbi negocia eccľie ſunt litigioſa vt ille
ꝑ iura ſua defendat meli⁹ eccľie libertates. q̄ꝫ
uis ſimpliciter loquēdo theologia magis di/
gnificet hoiem ad regimē aiarū. Canones ṽo
hoiem dignificant magis ad defenſionē deci=
marū ⁊ exactionē earundē. Tertiū dubiuꝫ an
electoꝛes teneant̄ eligere melioꝛē. idē reſpon=
det diſtinguēdo. aliter inq̄t ē loquēdū de ele/
ctione apud foꝛū iudiciale. ⁊ alit̄ apud foꝛum
cōſcientie. apud foꝛū publicū nō notat̄ electio
vitioſa ſi nō eligat ſimplicit̄ melioꝛē. q꞉ ſic oīs
electio de facili pateret̄ calūniā. ⁊ idō ſufficit
eligere bonū ſ̄m iura nec ad eligendū melioꝛē
ſ̄m iura obligant̄ eo ꝙ dicit decretalis vna.
Sufficit eligere bonū nec neceſſe ē eligere me=
lioꝛē. de hoc etiā habet̄ de elec. in. c. cū nobis
olim. §. illi⁹. Sed q̄tū ad cōſcientiā elegentis
neceſſe ē vt eligat illū quē reputat melioꝛem ⁊
aptioꝛē ad iſtā dignitatē. ⁊ ſ̄m h̄ loquitur iſta
autoꝛitas. iiij. Regꝭ. x. Eligite melioꝛē. Quar
K tum dubiū mouet Ariſtꝭ. ij. polic̄. An melius
ſit hr̄e reges ꝑ electionē vel ꝑ hereditariā ſuc
ceſſionē. Et arguit ꝙ nō ꝑ generationē. q꞉ cō/
tingeret filiū boni regis eē malū. mal⁹ aūt de/
ſtrueret cōitatē. Si ṽo dicat̄ ꝙ pr̄ vidēs filiū
malū daret alteri regnū q̄ eſſet bon⁹ dic̄ Ariſt.
ꝙ eēt incredibile. imo difficile eēt. ⁊ q̄ſi contra
humanā naturā. q꞉ cū tradit regnū magis di=
lecto. ⁊ filius ē q̄ſi alter ip̄e neceſſariū videtur
ꝙ tradat illud filio. hoc dubiū Ariſto. non ſol
uit. Sed dicūt expoſitoꝛes ꝙ meli⁹ ē ꝑ ſe loq̄n
do ſimpliciter cōtinuare regnū ꝑ electionem.
quia tūc ſemꝑ pōt ṽtuoſus in regē eligi. ideo
refert Soli. de mira. mūdi. ꝙ apud tratiaꝫ in
regis electione nobilitas nō p̄ualet ſed ſuffra
gia vniuerſoꝛū. pp̄ľs em̄ eligit p̄ncipē moꝛibus
inueteratū ⁊ clemētia ⁊ annis grauē. Sed h̄ i
eo querit̄ ꝙ nulli ſint ei liberi. nā q̄ pat̄ fuerit
etiā ſi ſcꝫ vita polleat nō admittit̄ ad regēduꝫ
Et ſi foꝛte dū regnet genuerit exuit̄ ptāte. idō
q̄ꝫ maxime cuſtodit̄ ne fiat hereditariū regnū
hec ille. Per h̄ vult ꝙ meli⁹ ſit hr̄e reges per
electionē q̄ꝫ ꝑ hereditariā ſucceſſionē Attn̄ vt
dicūt p̄dicti expoſitoꝛes. ꝑ accidēs meli⁹ eſt in
caſu cōtinuare regnū ꝑ generatiōis ſucceſſio/
nē. Scdo cōſideret p̄latus q̄ ē elect⁹ vel prin/
ceps ꝙ nō ſit remiſſus ꝑ diſſolutionē. Eſt em̄
p̄latura tā nomē onerꝭ q̄ꝫ honoꝛis. idō tenetur
exemplū dare ſubditis moꝛalit̄. vt dicat cum
gedeone illud Iudic̄. ix. Quid me videritꝭ fa
cere facite. plus em̄ mouēt egregia facta prin/
cipū q̄ꝫ iuſta impia. Debēt em̄ p̄ire ſb̄ditos in
bonis opib⁹. q꞉ dicit̄ de ſaul. j. Regꝭ. xij. Con
ſtitui vob regē. Et nūc rex gradit̄ an̄ vos. Et
dicit hic xp̄s de paſtoꝛe q̄ ꝑ ip̄m intrat in oui=
le ouiū. cū ꝓpꝛias oues emiſerit an̄ eas vadit
⁊ oues eū ſequunt̄. quia ſciūt vocē ei⁹. Quid
ē em̄ an̄ eos ire niſi in bonis opib⁹ p̄cedere In
quib⁹ inq̄ꝫ opib⁹ oues illū ſequunt̄ faciendo
ſ̄m opa ipſoꝛū bona. Idō p̄cipit̄ cuilibet p̄lato
extra de voto ⁊ vo. redē. c. Magne. Prela/
tus inquit Innoc̄. iij. debet facere illud qd̄ ex
pediat. qd̄ em̄ agit̄ a p̄latꝭ. a ſubditꝭ facile tra/
hit̄ in exēplū. Narrat ſext⁹ Iuli⁹ ſtategrama
ton li. iiij. c. v. de quodā duce q̄ dicebat̄ Po=
ſtius. hic cū interrogat⁹ eēt a militib⁹ quid im
peraret vt ſe imitarent̄. rn̄ditq̄ꝫ ꝙ nihil aliō fa
ceret niſi ꝙ accepto ſigno hoſtes p̄us inuade/
ret. talis rn̄ſio debet eē p̄lati vt poſſit dicē cuꝫ
apl̄o. Imitatoꝛes mei eſtote fratres chariſſi/
mi ⁊ obſeruate eos q̄ ita ambulāt ſicut habetꝭ L
foꝛmā nr̄am ad Philꝭ. iij. Tertio cōſideret p̄/
lat⁹ ne ſit neglectoꝛ culparū inquirēdo. diſcu=
tiendo. puniēdo. ita vt ſubditi ſint ſibi obediē
tes. ⁊ hoc vult dn̄s h̄ in euāgelio. Et oues vo
cem ei⁹ audiūt. ⁊ oues ꝓpꝛias vocat noiatim
Ex illa em̄ noiatione patꝫ cognitio ſubditoꝛū
que valet ad iuſte iudicādū. q꞉ dic̄ Ariſto. v.
ethi. Unuſquiſq̄ꝫ ē bon⁹ iudex eoꝛū q̄ cogno/
ſcit. ⁊ idō ad bonū iudiceꝫ requirit̄ inq̄ſitio ⁊
cognitio ne hō ꝓcedat ex mēris ſuſpicationi=
bus ex vna pte. ⁊ ex alia debet req̄rere ne ma/
la ſurrepāt ⁊ augmētent̄ ꝑ defectū coꝛreptio=
nis. Cum em̄ crimina ſunt cognita cōtinue ſi
poſſibile ē fiat coꝛrectio ꝑ iudicē q̄ debet eē iu
ſtus aiat⁹ ſicut patꝫ. v. Ethic̄. vt mēs ſua bo=
na ſit a iuſticia occupata. ⁊ idō ꝓpľus accedat
ad iudicē ſicut ad iuſticiā animatā vt oib⁹ red
dant qd̄ iuſtū ē. ideo inhibet̄ Eccī. vij. Noli q̄
rere fieri iudex niſi valeas ṽtute irrūpe iniq̄/
tates. idō Hugo de. xij. abuſionib⁹. Tres ſūt
ſpēs negligētie p̄latoꝛū. Quidā ſunt q̄ bn̄ vi=
uunt ⁊ ſubditos male viuere ꝑmittūt. q̄dā em̄
male viuūt ⁊ ſubditos bn̄ viuere cogunt. qui
dam ṽo male viuūt ⁊ ſubditos male viuere ꝑ
mittūt aut volunt. Qui aūt bn̄ viuunt ⁊ male
viuere ꝑmittunt. exēplo p̄cedūt ſ̄ nō increpā
do delinquūt. licet em̄ bn̄ viuāt. necē eſt tn̄ de
grege ſibi cōmiſſo vt dn̄o rōnē reddāt. Illi ve
ro q̄ male viuūt ⁊ ſubditos viuere bn̄ cogunt
errātes reuocāt. ſ̄ rectos ⁊ foꝛtes occidunt. re
uocant ṽbis ⁊ exēplis occidūt. De tertia ſpe=
cie nō opoꝛtet facere mentionem. hec Hugo.
Quarto infoꝛmat̄ p̄lat⁹ ne ſit ꝑſonarum acce

ptoꝛ. videlicet ne tm̄ diuites diligat. ſ; ⁊ pau/
peres foueat ⁊ paſcat. Jō dic̄ Berñ. ſup cañ.
Diſcite ſubditoꝛū mr̄es vos eē nō dños. ſtu/
dete magis amari debere q̄ȝ metui. Si inter̄duȝ
ſeueritate opus ē. paťna ſit nō tyrānica. mr̄es
fouēdo pr̄es coꝛrigēdo vos exhibētes ſuſpen
dite ṽbera. ꝓducite vbera. pectoꝛa lacte pin/
gueſcāt nō cibo turgeſcāt.

## In feſto ſcē Trinitatis. Sermo. j.

Trinitati laus ꝑhennis vnitati ſit decus ꝑpeti. Ita
canit̄ in matutinali officio. Reges M
terreni licet cōtinue a ſuis p̄ncipib⁹ militibus
ceteriſq̄ȝ ſuis ſubditis honoꝛent̄ ⁊ laudent̄ ſi-
cut ⁊ dignū ē. iuxͣ illud. j. Pe. ij. Regē hono/
rificate. tm̄ ſpēalē habēt diē in anno in q̄ ſolen
nitatē faciūt ſubditis ad quā nō ſolū illos qui
ſunt in curia ſua inuitant. ſ; vniūſalit̄ oēs ⁊ ſin
gulos qui de ſuo exiſtūt p̄ncipatu. Hic figura
tum ē de pharaone q̄ fecit ſolēne cōuiuiū pue
ris ſuis. in qua q̄dē ſolēnitate recoꝛdat⁹ ē ma/
giſtri pincernarū ⁊ piſtoꝛ. Alterū ſcȝ pincernā
reſtituit in officiū vt ei vinū miniſtraret. alteꝝ
ſcȝ piſtoꝛē in patibulū ſuſpēdit ⁊ a ſolēnitate
reꝓbat. vt patet Gen̄. xl. Spūalr. rex celoꝛuȝ
de⁹ oīpotēs. trinitas bn̄dicta ⁊ vnitas īdiuiſa
paṫ ⁊ fili⁹ ⁊ ſpūſſcūs q̄ȝuis in om̄i tp̄e a p̄nci-
pib⁹ celeſtib⁹ honoꝛant̄ ⁊ laudant̄ cuȝ cantāt
Eſa. vj. Sanct⁹. ſcūs. ſcūs dn̄s de⁹ ſabaoth.
Et Joh̄. vidit h̄ in Apoc̄. iiij. ꝙ q̄tuoꝛ aīalia
nō habebāt req̄em die ac nocte dicētia. Scūs
ſcūs ſcūs dn̄s de⁹ oīpotēs q̄ erat ⁊ q̄ ē ⁊ q̄ ven
tur⁹ ē. ⁊ idē vidit ꝙ vigintiq̄tuoꝛ ſenioꝛes pro
cidebāt an̄ ſedē in throno ⁊ adoꝛabāt viuentē
in ſecl'a ſecloꝛū. ⁊ mittebāt coꝛonas ſuas ante
thꝛonum dicētes. Dign⁹ es dn̄e de⁹ nr̄ accipe
gloꝛiā ⁊ honoꝛē ⁊ ṽtutē q2 tu creaſti om̄ia ⁊ ꝓ
pter voluntatē tuā erāt ſcȝ in diſpoſitione tua
ab eterno. ⁊ creata ſunt. id ē. ꝓducta ſunt ī ef/
fectu. Et nō ſolū iſte rex om̄ipotēs honoꝛat̄ a
p̄ncipib⁹ ⁊ militib⁹ ſupnis. ſ; etiā a militib⁹ ter
renis q̄tidie laudat̄ cū canūt. Gl'ia pr̄i ⁊ filio ⁊
ſpūiſcō. ⁊ licet om̄i tp̄e hoc ſibi valde dignum
ē exhiberi. voluit tm̄ ſpēale feſtū hr̄e ꝑ annuȝ
in q̄ ſibi laus fieret ſpēalis. nā feſtuȝ trinitatis
olim ab eccl'ia nō fiebat. ſed q2 ꝑ ip̄am mľte he
reſes ſuccreſcebāt. Jō karolus xp̄ianiſſimus
impatoꝛ alquinū magiſtrū ſuū rogauit vt hi/
ſtoꝛiā de ſancta trinitate cōponeret. ꝑ quā er/
roꝛes eliminaret ⁊ fidē catholicam roboꝛaret.
Qua cōpoſita deo inſpirāte oꝛdinatū ē vt fe-
ſtū illud ab eccl'ia ſolēniter celebraret̄. ꝓpter
qđ quidā celebrāt illđ in octaua pentecoſtes
que octaua ē p̄ncipiū dn̄icarū ſequētiū ad de-
monſtrādū ꝙ ipſa beata trinitas ē cauſa p̄ma
oīm creaturarū in eſſe ꝓductarū. Quidaȝ ṽo
celebrāt hoc feſtū in vltima dn̄ica que ē an̄ ad
uentū dn̄i. ad oſtēdendū ꝙ ē finis oīm. Juxta
illud Apoc̄. j. Alpha ⁊ o. p̄ncipiū ⁊ finis. Illi
aūt qui celebrāt h̄ feſtū in octaua penteco. ſic
hodie bn̄ faciūt ſicut dicit Guil. in rōnali di-
uinoꝛū. li. vj. Quia poſtq̄ȝ celebram⁹ feſtū pa
tris in die natalis xp̄i in q̄ dignat⁹ ē filiū ſuuȝ
mittere in terris ex miſcđia magna ⁊ incarna-
ri ꝓ nobis. Et feſtū xp̄i filij in die reſurrectio-
nis. feſtū aūt ſpūſſancti ſolēnizam⁹ in die pen-
tecoſtes in quo oſtēdim⁹ trinitatē ꝑſonarum.
Hodie ṽo ſolēniter agim⁹ ſimul feſtū triū per
ſonaruȝ. ad deſignandū eſſentie vnitatem. Et
hoc etiā nob̄ deſignat eccl'ia in his ṽbis q̄ ho/
die decātauit in matutinis. Trinitati laus pen
nis vnitati. ⁊c̄. que fuerūt verba vr̄e ꝓpoſita
charitati in q̄b⁹ p̄ncipalit̄ duo tangit eccleſia
p̄mo ꝑſonarū trinitatē. ibi. trinitati laus pen-
nis. ſecūdo eſſentie vnitatē. ibi. vnitati decus
ꝑpetim. Pro q̄ ē notandū q̄ȝtū ſufficit ꝓpoſi/ B
to triplex ē trinitas. prima dr̄ foꝛmatiua. ſcđa
inflexiua. tertia defoꝛmatiua. Quedā trinitas
ē in diuinis foꝛmās ⁊ creās om̄ia. Et dicit̄ iō
foꝛmatiua quia ſub certis foꝛmis ꝓducit om-
nia in eē. ⁊ hec in eēntie vnitate ē in trib⁹ ꝑſo/
nis. hec trinitas ſūma ⁊ ineffabilis icreata dr̄.
cū ſit inexplicabilis a qua tanq̄ȝ a fonte ⁊ p̄n/
cipio om̄ia ſumūt eē. Et idō ſ̄m Greg⁹. h̄ ſum
ma trinitas magis ē fide venerāda q̄ȝ curioſe
rimāda. quia dic̄ Augͥ. ſup pſ̄. lxxxv. De⁹ in
effabilis ē. idō facili⁹ dicim⁹ q̄d nō ſit q̄ȝ quid
ſit. ſi terrā cogitas nō ē h̄ de⁹. mare cogitas n̄
ē h̄ de⁹. Oēs que ſunt in terra hoīes ⁊ aīalia n̄
eſt h̄ de⁹. Quicq̄d lucet in celo ſtelle. ſol. luna.
nō ē hoc de⁹. āgelos cogitas archāgelos thꝛo
nos dn̄ationes cherubin ſeraphin. nō ē h̄ de⁹
Et q̄d ē hoc ſolū potui dicere q̄d nō ſit. queris
q̄d ſit nec ocul⁹ vidit nec auris audiuit nec ī coꝛ
hoīs aſcēdit. Queris vt aſcēdat in linguam.
qđ in coꝛ nō aſcēdit. Circa hanc ſcām ⁊ indiui
duā trinitatē pꝛimo querit̄ an in diuinis tres
ꝑſone ſint vna eſſentia? Ad hāc queſtionē ſim
pliciter rn̄det̄ ꝙ ſic. q2 trinitas ꝑſonaꝝ ſit vn⁹
⁊ ſol⁹ ⁊ ver⁹ de⁹. ⁊ vni⁹ eiuſdēq̄ȝ ſubſtātie ⁊ eſ
ſentie. dicit̄. credit̄. ⁊ intelligit̄. vt ait beatus
Aug⁹. j. lib. de trinitate dicēs. h̄ aūt ſcē trini/
tatis myſteriū purgatiſſimis cernit̄ mētibus.
Juxͣ illud. Beati mūdo coꝛde q̄m ip̄i deū vi-
debunt. Mat. v. Mētis em̄ hūane acies īua
lida in tam excellēti lumine nō figit̄ niſi ꝑ iuſti
ciam fidei emūdet̄. vt inducit mgr̄ li. j. diſt. ij.
Quo circa dicit ſcriptura. niſi credideritis nō
itelligitis Eſa. vij. vt em̄ ait Aug⁹ vbi ſ̄. Oēs
catholici tractatoꝛes q̄ de trinitate q̄ ē de⁹ ſcri
pſerūt. h̄ intenderūt ſ̄m ſcripturā dicere ⁊ doce
re ꝙ paṫ ⁊ fili⁹ ⁊ ſpūſſcūs vni⁹ ſint ſubſtātie et
iſepabili eq̄tate vn⁹ ſit de⁹. ⁊ ſic vnitas ī eſſen

tia ⁊ in pſonis pluralitas. Ex quib⁹ clare col/
ligiť q̄ tres pſone in diuinis ſunt vna eēntia.
Scđo queriť an diuine eſſentie vnitas ⁊ pſo=
narū pluralitas poſſint aliq̄ ſilitudine p crea/
turas explicari? Ad hāc q̄ſtionē rn̄deť q̄ ſic.
q2 vt diċ apl's ad Ro.j. Inuiſibilia dei a crea
tura mūdi p ea q̄ facta ſunt intellecta ꝯſpiciūť
ſempiťna quoqȝ ei⁹ v̓t⁹ ⁊ diuinitas. Ecce qđ
dicit apl's. Inuiſibilia dei.ſ. vnitas eēntie ⁊ p
ſonarū pluralitas a creatura mūdi.i.ab hoīe
p ea q̄ facta ſunt.ſ.p rōnē ⁊ intellectū cōſpiciū
tur. De hoc btūs Amb. in exameron ſup illđ
Ro.j. de⁹ manifeſtauit ſe illis diċ vt de⁹ q̄ na=
tura inuiſibilis ē etiā a viſibilib⁹ poſſet cogno
vel ſciri op⁹ fecit qđ ex ſua viſibilitate opificē
manifeſtaret. vt p certū ⁊ incertū poſſet dici
Et ille q̄ de⁹ oīm eē crediť q̄ fecit qđ ab hoīe i=
poſſibile eſt fieri. Accedat eīn hō aut quecūqȝ
vis creatura ⁊ faciat tale celū ⁊ talē terrā ⁊ di=
cam q2 de⁹ ē. dij q̊ q̄ nō fecerūt celū ⁊ terrā pe=
D reunt Hiere.x. Mod⁹ aūt cognoſcēdi trini/
tatē duplex ē vicȝ p veſtigiū creaturarū et p
imaginē in mēte hūana. p veſtigiū in creaturi
ſic cognoſciť ſcā trinitas. q2 om̄e illđ qđ crea/
tum ē trinitatis ē quodāmō repſentātiū. Pri=
mo quidē in celis cōputanť ab apl'o tres celi.
quia dicit ſe raptū ad tertiū celū.ij. Corint.xij
Propť qđ in ſperis celorū triplex eſt differen
tia. Nā aliqđ celū diciť mobile ⁊ ſtellatū ſicut
firmamētū cū q̄ etiā cōputanť ſeptē orbes pla
netarū q̄ ſunt ſb eo. Aliqđ celū ē mobile ⁊ nō
ſtellatū ſicut cryſtallinū. Tertiū aūt qđ nec ē
mobile nec ſtellatū vicȝ empirreū qđ ē beato/
rū loc⁹. Spūaliter aūt ſignificať p hos tres ce
los trinitas pſonarū. Nā p celū empirreū qđ
nō eſt mobile ſignificať deus pať q̄ om̄ino eſt
imobilis. ppť qđ diciť p Boetiū. ſtabilis .li.
iij. de cōſo. metrō. ix. vbi loquēs de deo patre
dicit. O q̄ ppetua mūdū rōne gubernas. Ter
rarū celiqȝ ſator. i. creator qui tps ab euo Ire
iubes. ſtabiliſqȝ. i. imobilis manēs das cūcta
moueri. Per celū aūt mobile ſcȝ firmamentū
intellige filium q̄ mobilis fuit qn̄ a pr̄e exiuit.
⁊ in hunc mundū ppter nos homines venit.
Sicut caniť in ſimbolo niceno. Qui ppť nos
hoīes ⁊ ppť nr̄am ſalutē deſcēdit de celis. p=
pter quod dicit Ioh̄.xvj. Exiui a patre ⁊ ve=
ni in mūdum. Et p tertiū celum qđ ē mobilē
ſcȝ cryſtallinū intellige ſpm̄ſcm̄. De q̄ Sapiē.
vij. Spūs intelligētie ſpūs vnic⁹ ⁊ mobiľ. Ec
ce dicit ſpm̄ſcm̄ q̄ ē tertia in trinitate perſona
mobilem nō quidē in ſe q2 imobilis ē om̄ino ⁊
neceſſario. vt dicit Ph̄s. viij. phiſi. Sed dici=
tur mobilis in hoībus ſanctis ad q̄s venire di
gnať. nā hos facit moueri pmpte ⁊ obedīēter
ſicut patuit in apl'is ad quos hodie octo dies
venit mobiles adeo fecit q̄ in om̄em terrā exi
uit ſonus eorū Pſ̄.xviij. Ex his patet q̄ de⁹
in creatione celorū voluit oſtēdere trinitatē p
ſonarū. Secūdo angeli ſanctiſſimā repſeniāt
trinitatē. nā om̄es p tres diſtinguunť hierar=
chias ⁊ q̄libet adhuc tres ordines cōtinet hie
rarchia. ſicut hierarchia ſupior habet tres or
dines. thronos. cherubin. ⁊ ſeraphin. p qđ ſi
gnať deus glorioſus. in thronis vt maieſtas
in cherubin vt v̓itas. in ſeraphin vt charitas
Primū ſcȝ maieſtas referť ad pr̄em cui p̄nci/
paliter attribuiť vt caniť in p̄fatione. maieſta
tem tuā laudāt angeli. adorant dn̄ationes. tre
munt ptātes. Scđm ſcȝ v̓itas referť ad filiuȝ
qui dicit Ioh̄.xiiij. Ego ſum via v̓itas ⁊ vita
Tertiū puta charitas cōuenit ſpūiſcō. q2 ipſe
charitas ē vel amor quo pater a filio ⁊ filius a
pr̄e diligiť. ſicut teſtať mgr̄ lib.j. diſt.x. alle/
gando Hierony. q̄ dicit ſup Pſ̄.xiiij. Spūſ/
ſanctus nec ē pať nec fili⁹. ƀ dilectio quā habȝ
pater in filium ⁊ fili⁹ in pr̄em. Siliter adducit
Aug⁹. li.vj. de trini. c.iiij ⁊.v. q̄ pbat q̄ ſpūſ/
ſanctus talis ē quo pať ⁊ fili⁹ cōiūgiť. quo ge=
nitus a gignēte diligiť ⁊ genitorē ſuū diligat
⁊ cōcludit mgr̄. ecce h̄ habes ſpm̄ſcm̄ eē q̄ fili⁹
diligiť a pr̄e ⁊ pater a filio. ⁊ q̄ illi duo ſeruant
vnitatē pacis. Tertio altiſſima trinitas repre
ſentať in aqua. Nā vna ē aqua fons riu⁹ ⁊ la/
cus. a fonte generať riuus. ⁊ tam a fonte q̄ꝫ ri
uo pcedit lacus. Per fontē ſpūaliter itellige
patrē. De q̄ caniť. fons bonitatis pať ingeni=
te a q̄ bona cūcta pcedūt. Et ingenit⁹ quia ſiċ
fons ē a ſeipſo ⁊ a nullo generať. ſic pať ha/
bet eē eternū ⁊ a nullo ē fact⁹ nec creat⁹ nec ge
nitus. vt dicit athanaſi⁹ in ſimbolo. Per riuū
ſubaudi filiū. q2 ſicut riuus imediate gigniť a
fonte. ſic fili⁹ ab eterno genit⁹ ē a pr̄e. Siċ atte
ſtať athanaſi⁹. fili⁹ a pr̄e ſolo ē nō fact⁹ nec cre
atus ſed genit⁹. qđ teſtať Aug⁹. in lib. de fide
ad Pe. c.iij. Pater inq̄t. de⁹ de nullo genit⁹
de⁹ ſemel de ſua natura ſine initio genuit filiū
deū ſibi equalē. ⁊ eadē q̄ ip̄e naturaliť eťnus
diuinitate coeternū. Sȝ fuerūt q̄dā heretici q̄
hoc negare auſi ſunt. quorū p̄cipu⁹ fuit Ma=
ximin⁹. ꝯ quos ſcribit b. Aug⁹. lib.ij. ꝯ maxi/
minuȝ dicēs. Carnalib⁹ cogitatiōib⁹ pleni ſb
ſtantiā dei de ſeip̄a gignere filiū nō putatis ni
ſi hoc patiať. qđ ſubſtnatia carnis patiť qn̄
gigniť. Errātes nō ſciētes ſcripturas neqȝ v̓/
tutē dei. Nullo eīn modo verū dei filiū cogita
tis ſi eum natū eē de ſubſtātia pr̄is negati Nō
eīn iā erit hoīs filius ⁊ deo donāte fact⁹ ē dei fi
lius. ex deo nat⁹ gr̄a nō natura. hec Aug⁹. Sȝ
hec generatio ē inenarrabilis. iuxta illđ Eſa.
liij. Generationē ei⁹ q̄s enarrabit. q.d. nullus
hō. Sȝ p lacū intellige ſpm̄ſcm̄. q2 ſiċ lacus p
cedit tā a fonte q̄ꝫ a riuo. ſic ſpūſſcūs pcedit tā
a pr̄e q̄ꝫ a filio. Sicut atteſtať Athanaſi⁹. Spi

rituſſanct⁹ a p̄re ꝛ filio nō fact⁹. nec creat⁹ nec
genit⁹. ſ̄ ꝑcedēs. de h̄ vide s̄. ſ̄. xxvj. L. Et di
cit mgr̄ li. j. diſt. xiiij. Preterea diligent̄ adno
tandū ē ꝙ gemina ē ꝑceſſio ſpūſſci etn̄a vide-
licet q̄ ineffabilis ē q̄ a p̄re ꝛ filio etn̄alit̄ ꝛ ſine
tp̄e ꝑcedit. ꝛ tp̄alis qua a p̄re ꝛ filio ad ſancti
ficandā creaturā ꝑcedit. Et ſicut ab eterno cō
muniter ac ſimul ꝑcedit a p̄re ꝛ filio ita ꝛ in tē
pore cōiter ꝛ ſimul ab vtroq̄ ꝑcedit ad crea/
turā nō diuiſim a p̄re in filiū. ꝛ a filio in creatu
ram. ꝛ declarat h̄ dicto Aug. xv. li. de triniꝫ.
c. xxvij. Spūs inq̄t ſcūs nō de p̄re ꝑcedit in fi
lium ꝛ de filio ꝑcedit ad ſanctificandū creatu
ram. ſ̄ ſimul de vtroq̄ ꝑcedit. Quis h̄ pater
filio dedit. vt ſicut de ſe ita etiā de illo ꝑcedat.
hec Aug⁹. Fuerūt āt q̄dā heretici dicti neſto-
riani. q̄ dixerūt ſpm̄ſcm̄ tm̄ ꝑcedere a p̄re ꝛ n̄
a filio. vt dicit mgr̄ lib. j. diſt. xj. Et hoc idō di
xerūt. q̄ ꝟitas in euāgelio. ſ. Joh. xv. fidē in-
tegram cōtinentē de ꝑceſſiōe ſpūſſci loquens
ſolū p̄rem cōmemorat dicēs. Spūs q̄ a patre
ꝑcedit. hūc errorē dānat mgr̄ ibidem. c iij. di
cens. Cū dicat in eo ſcꝫ euāgelio. ꝟitas ſpiri/
tūſanctū a p̄re ꝑcedere nō addit ſolo. Et ideo
etiā a ſe ꝑcedere nō negat. ſed ideo tm̄ patrem
noiat. quia ad eū ſolet referri. etiā qd̄ ipſi⁹ eſt
q̄ ab illo habet. Quarto btā trinitas in h̄ ver
P bo aue rep̄ſentat̄. volēs em̄ de⁹ oſtēdere om̄i
potens trinitatē ꝑſonarū in arcano diuinitatꝭ
h̄ verbū cōpoſuit qd̄ ad ꝟginē ſalutandā mi-
ſericordit̄ trāſmiſit. vt videlicet daret intelligi
ꝙ tota trinitas pater ꝛ fili⁹ ꝛ ſpūſſcūs ſaluteꝫ
humanā oparet̄. Per p̄mā ğ lr̄am q̄ ē a deſig-
tur ꝑſona ſ̄m ordinē originis q̄ ē pater. Circa
qd̄ notandū ꝙ pater duplicit̄ accipit̄ in ſcp̄tu
ra. vno mō eſſentialit̄. alio mō notionalit̄. Eſ-
ſentialiter q̄dem accipit̄ Mat. vj. cu dic̄ xp̄s
ſic orabitis. Pat̄ nr̄ q̄ es in cel̄. Notionalit̄ āt
accipit̄. Joh. x. ego ꝛ pater vnū ſum⁹. ita hoc
elementū a q̄nq̄ accipit̄ eſſentialit̄. ꝛ p̄ q̄libet
ꝑſona ſupponit. q̄nq̄ aūt notionaliter ꝛ ſoli pa
tri debuit. Eſſentialit̄ aūt p̄ q̄libet ꝑſona vi/
det̄ accipi a ꝑpheta Hiere. j. A a a dn̄e de⁹ ne
ſcio loq̄. p̄ h̄ ꝙ triplicat h. a. trinitatē ſiḡt ꝑſo/
narū. p̄ hoc ꝙ ſemel ſubiūgit dn̄e de⁹ indicat
vnitatē. idō tota trinitas dic̄ Apoc. j. Ego ſū
alpha ꝛ o. p̄ncipiū ꝛ finis. Alpha grece dr̄ a la
tine. Q̄nq̄ notionaliter accipit̄. ꝛ ſic ſoli ꝑſo-
ne p̄ris debuit Joh. xvj. Exiui a p̄re ꝛ veni in
hūc mūdū. ꝛ ſic canit eccl̄ia. a p̄re vnigenitus
ad nos venit p̄ ꝟginē. Scdō p̄ h̄ elementuꝫ u
qd̄ ē ſcd̄a vocalis deſignat̄ vni⁹ ꝟbi ꝟitas. ſ.
fili⁹ q̄ dicit̄ ꝟbū p̄ris. Et notandū ꝙ illud ele-
mentū q̄nq̄ ē vocalis. q̄nq̄ cōſonās. q̄nq̄ nō
mirabilis. Vocal̄ dr̄ p̄ ſe vocē efficit ſ̄m Pri-
ſcianū in maiori volumine. Cōſonās quia cū
alio ſonat. Sed certe iſto modo verbū diuinū
fuit quaſi vocalis ante incarnatiōe. cōſonans
in incarnatiōe. nota mirabilis in ſua paſſiōe.
dicit̄ an̄ incarnationē quaſi vocalis ſola q̄ nō
habuit niſi nature vni⁹ diuine ſoliū. Iux̄ illd̄
Joh. j. In p̄ncipio erat ꝟbū ꝛc̄. Sed poſtea i
incarnatiōe illd̄ verbū factū eſt cōſonans. q̄n
cum humana natura cōicauit ſonū ꝛ idioma-
ta. Iuxta illud Joh. j. Verbū caro factū eſt ꝛ
habitauit in nobis. ꝛ hoc factū ē p̄ illud ꝟbuꝫ
aue. ꝛ u. manet ibi cōſonans ꝛ nō vocalis. ꝛ tā
dem factū ē illud elementū u. nota mirabilis i
ſua paſſione. ꝛ h̄ ꝑpter ei⁹ numerū q̄nariū vi
delicet ꝑpt̄ q̄nq̄ vulnera. Tertio p̄ illud ele/
mentū e eterne emanatiōis extremitas deſiḡt
vicꝫ ſpūſſcūs q̄ ē vltima ꝑſona ſ̄m origineꝫ in
emanādo. ſicut eſt in h̄ vocabulo aue. e ē vltia
in ſonando. ꝛ ꝙ in hac notabili ꝛ myſtica di/
ctione in qua multo plura ſunt ſacramenta q̄
elemēta. vnū videlicet p̄mū elemētuꝫ ſtat p̄ ſe
ꝛ duo alia ad inuicē ſillabicant̄. ad exp̄mēduꝫ
modū emanatiōis ꝛ originis ꝑſonarū. q̄ pat̄
eſt a ſe ꝛ a nullo alio. due alie ad inuicē ſillabi-
cant̄ ſpūaliter ꝑpter duo. ſ̄m ꝙ in h̄ cōueniūt
ꝙ vtraq̄ ē ab alia. q̄ vna ab vno ꝛ alt̄a a duo
bus. Et ſolū int̄ vocales ꝑprie format̄ in gut
ture. vn̄ illa deſignat de quo canit eccl̄ia. Lu
rite ꝑmiſſo patris ſ̄mōe ditans guttura. Sic
ergo hoc notabile ꝟbū aue vt ſub vna dictio-
ne ꝑnūciat̄ diuine eſſentie notificat vnitatem
Sed quia ex trib⁹ litterꝭ integrat̄. ꝑſonarū ſi/
gnificat trinitatē. vt dicit Hol. lec. cxciij. De
hac trinitate canūt p̄ncipaliter ꝟba p̄ſſūpta.
trinitati laus pennis vnitati ſit dec⁹ ꝑpetim.
Quia ſancta ꝛ indiuidua trinitas ē laudāda ꝛ
nō temerarie ſcrutāda. quia dicit Aug⁹. ſ̄. de
trini. Lutum ꝛ vas de creatore diſputat. ꝛ ad
nature ſue rōnē nō pōt ꝑuenire. Et curioſe q̄/
rit ſcire de myſterio trinitatis qd̄ angeli in ce
lo nō p̄nt ſcire. Quid em̄ dicūt angeli in celo.
Quis ē iſte rex glorie dn̄s ꝟtutū ipſe ē rex glo
rie. Similiter in Eſa. Quis eſt iſte q̄ venit de
edom cādida veſtimēta ei⁹. vide quid dicūt.
pulchritudinē predicāt ꝛ de natura tacent. er-
go ꝛ nos ſimiliter dicam⁹. vis ſcire naturā dei
hoc ſcito ꝙ neſcias. nec in hoc contriſteris q̄a
neſcias. quia ꝛ angeli neſciūt ſimiliter ꝛ om̄is
creatura. idō in fine ſ̄monis cōcludit. Rogo
vos hoc magis certamē ſit int̄ nos q̄uo aduer
ſarium ſupemus. q̄uo ieiunemus. Q̄uo pecca
ta nr̄a plangamus. q̄uo ꝑ tanto ſcelere ſatiſfa
ciamus. Q̄uo elemoſynis inſiſtam⁹. q̄uo cogi
tatio noſtra nō nos in libidinē trahat. q̄uo cō
tra om̄em iniuriā patientiā habeamus. quo/
modo fratri iniuriā facienti nō reſiſtam⁹ Sed
vincamus in humilitate eum. Nā a xp̄o didi
cimus qui cū pateret̄ nō cōminabat̄. Et ſub-
dit Aug⁹. q̄n venit cogitatio ꝛ ꝑpoſuerit q̄d

ſit deus ꝛ que ē rō trinitatis nob ſufficiat cre/
dere quia eſt. Et nō temere rōnē querere. ſ; ti=
mere ꝛ orare ſemꝑ debem⁹ dn̄m ꝛ ei ſoli ſciam
nr̄am in hac ꝑte exhibeam⁹ ꝛ dieb⁹ ac nocti/
B bus ei laudes canam⁹. hec Aug⁹. Scd̄o trini/
tas dicit̄ influxiua defluēs ꝛ deſcēdēs in nos
miſericorditer a diuina pietate. ꝛ hec trinitas
eſt gr̄a creationis. redēptiōis. ꝛ ſpūſſci miſſio
nis ꝛ huic ſilr̄ ſit laus ꝑennis. quia cū oi de
uotione cordis ē ſemꝑ laudāda. cogitanda. ru
minanda ꝛ nunq̄ ab oculis cordis deliman/
da. De hui⁹ trinitatis ꝑma gr̄a ſcʒ creatiōe di
cit Bern̄. Memēto hō quis te fecit: q2 deus
vt eū timeas. de quo: quia de terra vt nō ſuꝑ
bias. qualē: quia ad imaginē ſuā vt eū diligas
ad quid: vt ad debitū finē eterne beatitudinis
tendas ꝛ vt hic caduca reſpuas. idem Bern̄.
dic̄ de illa gr̄a. O mira dei dignatio o ineffabi
lis dignitas hoīs ſuꝑ quē tota cura ē deo vt n̄
ſolū creationis officiū ſibi exhibeat i creando
ſed ipm̄ ad imaginē ſuā fecit diuine trinitatis
ſignaculū imꝑmendo. In hac gr̄a creationis
pre ceteris creaturis nos q̄druplici gr̄a preſi=
gnauit. Primo liberum arbitrium nobis tri=
buendo. iuxta illud Eccī. xv. De⁹ ab initio cō
ſtituit hoīem ꝛ reliquit illū in manu cōſilij ſui
adiecit mādata ꝛ ꝑcepta ſua. De h̄ etiam dicit
Aug⁹. de fide ad petrū. Firmiſſime tene ꝛ nll'a
tenus dubites ꝑmū hoīem. i. adam ꝛ mulierē
eius bonos ꝛ rectos cū libero arbitrio (q̄ poſ=
ſent ſi vellēt deo ſemꝑ humili ꝛ bona volūta=
te fuire atq; obedire) peccaſſe ꝛ nō neceſſitate
ſed ꝑpria volūtate. illoq; pctō ſic in deterius
mutatā humanā naturā. hec ille. Scd̄o ad ima
ginē ꝛ ſilr̄itudinē ſuā nos creādo. ſic teſtat̄ ſcri
ptura Gen̄. j. De⁹ creauit hoīem ad imaginē
ꝛ ſilr̄itudinē ſuā. vbi dicit glo. Imago dei con=
ſiſtit in aīa q̄ntū ad ꝑprietates naturales. ſcilʒ
memoria. intelligētiā. ꝛ volūtatē. Silr̄itudo āt
dicit̄ in gratuitis. ꝛ ido ſilr̄itudo ē q̄dā ꝑfectio
imaginis. q2 gr̄a ꝑficit naturā. de hac dr̄ Eccī
xvij. De⁹ creauit de terra hoīeʒ ꝛ ad imaginē
ſuā fec̄ illū. Tertō ꝑpetuitatē viuēdi nob tribu
ēdo vl' cōicādo. iuxta illud Sap̄. ij. Deus fec̄
hoīem inexterminabilē. Inuidia aūt diaboli
mors intrauit in orbē terrarū. Dicūt em̄ doc.
q̄ parēs prim⁹ in ſtatu innocētie habuit poſ=
ſe mori ſi peccaret. ꝛ habuit poſſe n̄ mori ſi pec
catū vitaret. Et ideo q̄ntuʒ fuit ex ꝑte dei ipſe
creauit hoīem inexterminabilē ſm corpus vt
men bonū q̄ꝫ diuitie multe. Pꝛou̇. xxij. Jdeo
detrahēdo peioꝛes ſunt q̄ furanť famā alioꝛū
q̄ꝫ qui ſubſtantiā eoꝛū auferūt. vt patꝫ. vj. q. j.
Ex merito. ꝛ. c. deterioꝛes. Deterioꝛes ſūt in=
quit qui vitā moꝛeſqꝫ alioꝛū auferunt ꝛ coꝛrū
punt his q̄ ſubſtantiā alioꝛū p̄diaqꝫ diripiūt.
ꝓpter qđ tales tenenť ad reſtitutionē fame ꝓ
ximoꝛū. Quia dicit Aug⁹. vt habeť de reglis
iuris. lib. vj. Peccatū nō dimittiť niſi ablatū
B reſtituať. Sed diceres. qn̄ ꝛ q̄uo reſtituenda
eſt fama. rn̄det ſcu̇s Tho. ij. ij. q. lxij. Aliquis
pōt auferre alicui famā tripliciť. Uno mō ve=
rum dicēdo et iuſte puta cū aliq̄s iuſte crimē
alicui⁹ ꝓdit ꝑuato oꝛdine. ꝛ tunc nō teneť ad
reſtitutionē fame. Alio modo falſum dicēdo.
ꝛ iniuſte tunc teneť ad reſtitutionē fame dicē=
do ꝛ cōfitendo falſum ſe dixiſſe ꝛ iniuſte. Ter
tio verū dicēdo ſed iniuſte puta cū quis ꝓdit
crimē alterius cōtra oꝛdinē debitū ꝛ tūc tene=
tur ad reſtitutionē inq̄ꝫtū pōt ſine mēdacio vt
ſcꝫ dicat ſe male dixiſſe vel ꝙ iniuſte eum diffa
mauit vel ſi nō poſſit ei famā reſtituere debet
ei aliter recōpenſare. vt ꝓbat. v. q. j. c. Quidā
ꝛ. xiiij. q. vj. Si res. Jō neceſſariuꝫ ē talib⁹ ꝙ
os curuatū ad detractionē pri⁹ ꝑcuterēt ad pe
tram xp̄m. de qua diciť. j. Coꝛ. x. Petra erat
xp̄s. Qui nulli detraxit. nec maledixit. j. Pe.
ij. Qui cū malediceret n̄ maledicebat. vt ſic ꝺ=
poneret onus hoc graue detractiōis ſui oꝛis ꝛ
E renouareť ad vitā grē. Secūdo mō deberent
ſe renouare ad modū aquile om̄es diſcoꝛdiaꝝ
ſeminatoꝛes qui habēt roſtra curuata ad faci
endū hoſtilitates aut lites. Nā dicit Ouidiuſ
methamoꝛphoſ. lib. ij. ꝙ Cadi⁹ rex grecoꝛuꝫ
ſerpentinos dentes ſeminauit in terrā ex q̄b⁹
ſuccreuerūt milites armati q̄ ſtatim in ſe inui=
cem irruentes acerrime cōflixerūt ꝛ ſe mutuo
ꝑimerunt. Jſto modo quidā mali hoīes ſemi
nant diſcoꝛdias inť illos q̄ debent eē amici q̄
dētes diſcoꝛdie ſtatim creſcūt in milites arma
tos. quia v̓ba cōcepta in coꝛdib⁹ hoīm ad effe
ctus hoſtilitatl ꝛ inimicitie ꝓcedūt ꝛ q̄nqꝫ ad
pugnā. Jō ſeminare diſcoꝛdias ſeptimū ē eo/
rum que odit de⁹. Prouerb. vj. ſex ſūt q̄ odit
de⁹ a ſeptimū deteſtať aīa eius oclos ſblimes
aiam mendacē. Manus effundentes ſangui/
nem innoxiū. coꝛ machinās cogitatiōes peſſi=
mas. Pedes veloces ad currendū in malū. te
ſtem fallacē. Et eū qui ſeminat inť fr̄es diſcoꝛ
dias. Jdo illis ſicut ꝛ detractoꝛib⁹ neceſſe eſt
vt ꝑ petrā xp̄m renouenť ꝛ mūdenť. Nꝛ dicit
Eſa. vj. Uenit ad me vn⁹ de ſeraphin ꝛ in ma
nu ei⁹ calcul⁹ quē foꝛpice tulit de altari ꝛ teti/
git os meū ꝛ dixit. ecce tetigi hoc labia tua et
aufereť iniquitas tua ꝛ peccatū tuū mūdabiť
Per iſtū calculū aut lapidē pōt intelligi chri=
ſtus ꝑ quē detractoꝛes ꝛ diſcoꝛdie ſemiatoꝛes
mūdanť vt cibus delectabilis ꝛ cōfoꝛtatiuus
de tp̄o eis fluat. Jux̄ illud Pſ̄. lxxx. Cibauit
illos ex adipe frumēti. i. de coꝛpe xp̄i vt dicit
magiſter in gloſa. Et de petra melle ſaturauit
eos. id ē. ſapiētia xp̄i. Nā myſtice ꝑ mel intel=
ligiť ſapiētia. Quia ſicut mel inter res coꝛpo/
reas p̄matū tenet dulcedinis. ita ſapiētia inť
dona ſpūſſancti. Et nō ſolū de iſta fluit eis ci/
bus cōfoꝛtās. ſed etiā poti⁹ mire recreationis
ꝛ recreatiuus. Juxta illud Pſ̄. lxxvij. Jnter
rupit petrā ꝛ adaquauit eos. vbi dicit magi/
ſter Petr⁹ lombard⁹. ꝙ hoc myſtice intelligi=
tur de petra que ē xp̄s cui lat⁹ irruptū fuit in
cruce. ꝛ h̄ in heremo hui⁹ ſeculi vt educeret ſi
tienti fidē fluētā ſpūſſancti ac cedēte ligno cru
cis q̄ſi v̓ga moyſi vt grā manaret credentib⁹.
Scđa inuocatio ē ſerpētis. de hoc dicit beat⁹
Aug⁹. in ſmōe de prudētia ad fr̄es heremitaſ F
Prudētia ſerpentis ē ꝙ veterē pellē ꝑ ſingu=
los annos exuere didicit quā depoꝛtās angu=
ſtum foramē ꝑquirit ꝑ qđ trāſiēs cum doloꝛe
pellē relinquit. ſciēs ꝙ depoſita pelle pulchꝛi=
oꝛ apparebit ꝛ ſubdit myſticationē. Per h̄ in=
quit fr̄es mei dať intelligi ꝙ ſi nos pellē vitio
rum deponam⁹ ꝛ paratā viā ſtigmatū xp̄i vi=
delicet ꝑ verā penitentiā tranſeam⁹ tunc pul/
chꝛioꝛes apparebim⁹. Per h̄ foramē diues il/
le Zache⁹ intrauit. qn̄ om̄ia ſua bona paupe=
rib⁹ erogauit. Jn h̄ foramine illa maria mere
trix in domo ſimonis habitū meretricl depo/

ſuit ⁊plorās ad veſtigia ſaluatoris veſtē ſibi
inouauit. h Augꝰ. Si ḡ volumus ab oīm pec-
cato in generali ꝑ penitētiā innouari q̄ ē arta
via q̄ ducit ad vitā. Mat. vij. Neceſſe eſt vt
prudētiā ſerpētis habeamꝰ. ad qđ hortat̄ nos
ſaluator Mat. x. Eſtote prudētes ſicͣ ſerpen-
g tes. Vel ꝑ pellē moraliter intellige motū car/
nalē. qui quotitidie mouet carnē nr̄am ad lu/
xuriā aut fornicationē. De q̄ Job. x. Pelle et
carne veſtiſti me. i. motibꝰ carnalibꝰ. ⁊iſti mo
tus carnalis fornicationis ⁊ cōcupiſcentie ex
pctō primorū parētuꝫ ꝓceſſerūt. ſicͣ ꝓbat ma-
giſter lib. ij. ſentē. diſt. xx. Et Hugo de ſacra/
mentis lib. j. c. vj. Si nō peccaſſent ꝑmi parē/
tes ſine oīm peccato ⁊ macula in ꝑadiſo carna
nali copula cōueniſſent ⁊ eēt ibi thorꝰ imacu/
latus ⁊ cōmixtio ſine cōcupiſcētia atqꝫ genita
libus mēbris ſicut ceteris imparēt vt ibi nullū
motū illicitū ſentirēt. ⁊ ſicͣ alia mēbra corpori
alijs ſcꝫ mēbris admouemꝰ vt manū ori ſine li
bidinis ardore. ita genitalibꝰ vterētur mēbris
ſine aliq̄ pctō carnis. Hec eīm letalis egritudo
mēbris humanis ex pctō inheſit. h mgr̄ cū Hu
gone. Idē teſtat̄ Augꝰ. ſup Geñ. ix. c. Si nō
peccaſſent ſcꝫ ꝑmi parētes illis mēbris ſicͣ pedi
bus imparēt nec cū ardore ſeminarent videlꝫ
viri nec cū dolore parerēt ſcꝫ mulieres. Sꝫ pꝰ
pctm̄ motū illū ſcꝫ carnis meruerūt quē. ſ. mo
dum nuptie ordināt. ſ. ad finē debitū. Sꝫ conti
nentia ſcꝫ ꝟginalis ⁊ vidualis cohibet. ſcꝫ ne
dñet. h ille. Quicūqꝫ eīm hanc pellē carnalis
motus deponere voluerit debet ꝑ artuꝫ fora-
men abſtinētie ire qꝛ motꝰ illicitꝰ illius carnis
frequēter ex gula naſcit̄ ⁊ ſurgit. vt dicit Gre
gorꝰ. xxxj. moral. Venter mero eſtuans ꝺ fa-
cili ſpumat i libidinē. Cuiꝰ rō ē. qꝛ ex ſuꝑflua
crapula nat̄a iflāmat̄ ex cꝰ iflāmatōe freqnt̄ in
ſurgūt deſideria mala q̄ tm̄ pōt hō extirpare ⁊
deponere ꝑ abſtinētiā ⁊ ieiuniū. qꝛ Amb. in ꝑ
fatiōe dicͣ. Abſtinētia ē inimica ꝺmonū. extir-
patrix vitiorū ſcꝫ carnaliū. nouerca cūctorum
malorū expers morborū ſcꝫ tam corꝑalium qꝫ
h ſpūaliū q̄ ſunt motꝰ illiciti carnis. Tertia ino-
uatio fit ab accipitre. De q̄ dicit Gregꝰ. Qñ in
ſenectute ſe ſentit alarū ⁊ pennarum pondere
grauari expādit alas ſuas cōtra ſolē flante au
ſtro. ⁊ ſic repente aura in calore reſoluēte ape-
riunt̄ pori qbꝰ aptis excutit alas. ⁊ ſic vetes
exiliunt ⁊ noue creſcūt. ⁊ ſic nouitas pennarū
efficit ipm̄ ad volandū aptiorē. Moraliter ꝑ
alas intelligit̄ crudelitas rapaciū. Juxta illđ
Zach. v. habebāt alas q̄ſi milui. qꝛ rapaces q̄
ſimilui res alienas rapiūt. Iſte ale multū gra
uant hoiem hic in cōſciētia ⁊ ibi grauabūt eū
in eterna pena. quia dicͣ apl's. j. Cor. vj. Noli
te errare fratres neqꝫ rapaces regnū dei poſſi
debūt. ⁊ ſi nō poſſidebunt dei regnū habebūt
demonis infernū. Qr aūt grauat̄ in conſciētia
dicit Augꝰ. Lucrū in arca damnū in cōſciētia
Tollit veſtē ſcꝫ vſurarius vel raptor ⁊ ꝑdit fi
dem. acq̄rit pecuniā ⁊ ꝑdit iuſticiā. Jđo dicere
pōt cū Dd. Sicut onꝰ graue grauate ſunt ſuꝑ
me. ſ. diuitie inique ꝑ rapinā occultā vl' aꝑtaꝫ
acquiſite. Cū ergo ſentis te grauatuꝫ his alis
expāde eas ad ſolē iuſticie vicꝫ xp̄m. Sicͣ Za-
cheus q̄ dixit ad ipm̄. Si q̄d aliquē defrauda
ui reddo quadruplū. Lu. xix. O vtinā hoies
grauati rapacitatis crudelitate redderēt ſim/
plum. Sed audeo certe dicere q̄ int̄ centū vix
vnꝰ excutit alas iniq̄tatis ḡuiſſimas. qꝛ nōdū
forte flauit auſter. i. inſpiratio leuis ſpū ſancti
q̄ flauit in cor grauatū zachei. qđ ꝓpter calo-
rem ſpū ſancti repēte excuſſit alas crudel' ra/
pacitatis. ⁊ innouatꝰ ē cū accepit alas miſcdie
⁊ pietatis cū dixit. Ecce dimidiū bonorū me-
orū dñe do pauꝑibus Lu. xix. Et dicit notā-
ter bonorū meorū. cōtra illos q̄ de rapinis vo
lunt pauꝑibꝰ tribuere ⁊ credunt ſe ſatiſfeciſſe.
Cōtra quos dicit btūs Augꝰ in libro de vita
xp̄iana. Quidā ꝑ hoc ſe iuſtificari exiſtimant
ꝺ ſubſtātia pauperū exiguā faciūt elemoſynā.
nam de eo q̄ plimis abſtulerūt vni modicum
quid largiunt̄. vt vñ plures eſuriunt vnus ci
bat̄ ⁊ multorū ſpolijs vix pauci tegūt̄. nō vti-
qꝫ talem elemoſynā req̄rit deꝰ nec vult vni pi
etatem de alteriꝰ crudelitate p̄ſtari. Et ſubdit
illam elemoſynā deꝰ cōprobat q̄ de iuſti labo-
ribus miniſtrat̄. Sicut ſcriptū ē Prouerb. iij
Honora dñm de tuis laboribꝰ. Illā aūt abo/
minat̄ ⁊ reprobat q̄ de lachrymis p̄ſtat̄ alie-
nis. Quid eīm ꝓdeſt ſi vnꝰ bñdicat ⁊ plurimi
maledicūt. Aut q̄d cōfert elemoſyna q̄ de alte
rius p̄ſtat̄ ſubſtātia. q. d. nihil. Jđo excutien
de ſunt ille ale crudelitatꝭ ⁊ rapacitatꝭ ⁊ quod
inique ablatū ē reddi debet dānificatis. Et ſic
anima innouat̄. Alio mō moralit̄ ꝑ alas quas i
debemus ad inſtar accipitrū excutere intelli/
gunt̄ cogitationes hypocrite. Jux̄ illud Job
xxxix. Cū tpꝰ fuerit in altum alas erigit. quia
hypocrita cū alas inuenerit cogitatiōes i pu/
blicū erigit vel demōſtrat. Nam multotiēs cō
tingit q̄ hypocrite ꝑ geſta ſe hūiles oſtēdunt
⁊ ꝑ hoc aliud ſe cogitant habere ſcꝫ laudē vel
fauorē humanū. Cōtra quos dicͣ btūs Hiero.
in ſmone. Perfacile ē veſtē habere ꝯtemptā
ſalutare ſbmiſſius. manꝰ oſculari ꝑlati. inclina
to capite ⁊ deiectis oclis hūilitatē ⁊ māſuetu-
dinē polliceri. leta voce ſmōes infringere cre
brius ſuſpirare ⁊ ad oīne ꝟbū ſe miſerū pecca
torem vocare. Sed aliā docuit chriſtꝰ humili
tatem qui cū malediceret̄ nō maledixit cū pa-
teret̄ nō cōminabat̄. Auferant̄ figmēta ꝟbo
ceſſent ſimilata geſta. virū humilē patiētia ꝓ-
bat ⁊ iniuria. Idcirco cogitatiōes illas hypo

critas debet hypocrita expandere tanq̃ alas
ad radios ſolis ſcʒ diuinitatis cui apte ſũt om
nes cogitatiões. Juxta illud Pſ. xciij. Dñs
ſcit cogitatiões hoim .i. hypocritarũ q̃m va/
ne ſunt. ⁊ ſic debet excutere eas a corde ſuo vt
poſſit innouari ⁊ in nouitate mẽtis ambulare
vt ſuadet apl's in ↄbis allegatꝫ. in nouitate vi
te ambulemus.

De eadem dñica. Sermo .ij.

## NIſi abundaue=
rit iuſticia vr̃a pluſq̃ ſcribarum et
phariſeorũ nõ intrabitis in regnuʒ
K celorũ Matth. v. Dicit Plini⁹ in ſpe. natu. ⁊
Auicẽna q̃ ſymea ẽ beſtia lineamẽtis homis
ꝓpinqua. Nã extra habet q̃ſi eaſdẽ manus ⁊
pedes ⁊ põt duob⁹ pedib⁹ ambulare ſicut hõ
⁊ in lineamẽtis intrinſec⁹ etiaʒ ẽ hoi ſiꝉis ⁊ tñ
nõ eſt hõ. Et ẽ indomita quia ipſam oportʒ p
vincula vel trũci alicu⁹ obligationẽ domare
⁊ delectaꝛ in imũdis vermib⁹ ſcʒ pediclis q̃s
deuorat. Et ſm Amb. i examerõ ẽ leonis me=
dicina. Nam cũ leo infirmaꝛ ex induſtria na/
ture querit ſymeã cui⁹ ſanguine potat⁹ cõua=
leſcit apparet hõ ⁊ nõ ẽ homo. Moraliꝛ huic
aĩali ſimiles erãt ſcribe ⁊ phariſei q̃ exteri⁹ q̃ſi
legis obſeruatores ⁊ boni hoies apparebant.
intus tñ pleni ↄmib⁹ malarũ intentionũ. Ju/
xta illud q̃ ait xp̃s Matth. xxiij. Omĩa opa
eorũ faciunt vt audianꝛ ab hoibus. Nam de
ipſis dicit Nicola⁹ d ly. q̃ tempe ieiunij vittu
las habuerũt p capita vt appareret eos dolo/
rem capitis ex ieiunio acquiſiuiſſe p qd̃ nota=
tur eorũ mala intentio q̃ omẽ eorũ op⁹ damna
bat. ſm illud Mat. vj. Si ocul⁹ tu⁹ .i. intẽtio
tua neq̃ fuerit .i. nõ eſt bona totũ corp⁹ tuũ te
nebroſum erit .i. omĩa opa tua nulli⁹ ſunt pre/
mij ⁊ meriti vel ſalutis. Jdo dicit Grego. v.
moralꝛ. Si in ope bono intentio recta nõ teneꝛ
hocipſum opus qd̃ bonum crediꝛ amittiꝛ. Et
patet q̃ recte erãt ſymee. quia ſicut ſymea ha=
bet pedes vt hõ nõ tñ eſt hõ. Sic licet ipſi ha/
bebant pedes .i. intẽtiões nõ tñ erãt hũane q̃
prudẽs homo omĩa que facit debet facere ad
gloriã dei. ſm aplm .j. Corinth. x. qd̃ ipſi non
faciebãt idõ beſtiales ſm aiam fiebãt. Nã dicꝛ
Bern. ſup Cañ. Si amãs turpia appetit inten
tio turpis ẽ ⁊ fedans faciẽ aie ⁊ ſpũs. Et ſi ho
neſta appetit intẽtio honeſta erit. Jtẽ ſicut ſy=
mea habet man⁹. ſed nõ humanas. Sic q̃uis
phariſei habebant opa que deſignanꝛ p ma/
nus nõ tñ erãt humana. quia leuia faciebãt et
maiora omittebãt. Juxta illud Matth. xxiij.
Ve q̃ decimatis mentã ⁊ anetũ ⁊ relinq̃tꝭ que
grauiora ſunt legis. Jtẽ ſicut ſymea gloriaꝛ i
exteriori pulchritudine vt cũ induiꝛ interduʒ
tunica rubea vꝉ viridi. ita phariſei ſolũ exteri

orem mundiciã ⁊ ſanctitatẽ ad placenduʒ ho=
minib⁹ apparebant nihil de interiori pulchri/
tudine curãtes. idõ dñs aſſimilabat eos ſepul
chris dealbatis que foris apparẽt hoib⁹ ſpeci
oſa. intus aũt ſunt plena imundiciis Matth.
xxiij. Et iterum ibidẽ. Ve vobis ſcribe ⁊ pha
riſei q̃ mũdatis qd̃ foris eſt calicis ⁊ peropſi/
dis. intus aũt eſtis pleni rapina ⁊ imundicia.
Jtem ſicut ſymea polluit os ↄmib⁹ imundis
vt pediculis. ſic ipſi polluebãt ora ſua menda=
ciis cum dicebãt Matth. xxiij. Si fuiſſemus
in diebus patrũ noſtrorũ nõ fuiſſem⁹ ſocij eo=
rum in ſanguine ꝓphetarũ. Sed mentiebanꝛ
in ſanguine dñi oim ꝓphetarũ facti ſunt rei ⁊
martyres plures effecerãt ⁊ apoſtolos pſecu=
ti. ideo facti ſunt cibus leonis infernalis q̃ cir=
cuit querẽs quẽ deuoret .j. Pet. v. Noſtra ãt
opa bona debent eſſe pfectiora ⁊ abundantio
ra phariſeorum. Juxta illud Prouerb. xiiij.
Jn omĩ ope bono erit abundantia. Jdõ dicit
hic dñs. Niſi abundauerit iuſticia vr̃a pluſq̃
⁊c̃. Jn quib⁹ ↄbis pñcipaliter tria tanguꝛ.
Primo pfectio chriſtianorũ ibi. niſi abunda/
uerit. Scdõ defectio phariſeoruʒ ibi. iuſticia
vr̃a pluſq̃ phariſeoꝝ. Tertio clauſio regni ce
lorum ibi. nõ intrabitis in regnum celorũ. Cir L
ca quod notandũ licet iuſticia ꝓprie ſumatur
p ↄtute qua reddiꝛ vnicuiq̃ qd̃ ſuum eſt. lar
ge tñ ſumiꝛ p bonitate. Nam glo. ſup illo ad
Heb. j. Dilexiſti iuſticiã. dicit q̃ p iuſticiã in/
telligit omẽ bonũ. Et Hiero. ad demetriadeʒ
dicit q̃ omẽs ↄtutum ſpecies vno iuſticie no
mine cõtinenꝛ. Et ſm hoc dicit Aug⁹. duas
ptes eſſe iuſticie ſcʒ declinare a malo ⁊ facere
bonum. Et ſic iuſticia diſtinguiꝛ cõtra pctm̃.
⁊ ita dñs loquiꝛ hic de iuſticia. vñ ſicut ſũt va
ria dona gratiarũ dei. ita varij ſunt ſtat⁹ ⁊ cõ=
ditiones hoim. ꝓpter quã varietatẽ pleruq̃
accidit q̃ vn⁹ in vno ſtatu ſaluaꝛ q̃ ſi eẽt i alio
ſtatu damnareꝛ. quia quod ſufficit vni ad ſa=
lutem in vno ſtatu nõ ſufficeret ei in alio. ppꝛ
quod his qui ſunt in ſtatu maiorũ in compati=
one minorum apte põt dicit ↄbũ thematis aſ
ſumptum. Niſi abundauerit iuſticia ⁊c̃. vide
licet pluſq̃ minorũ nõ intrabitis in regnum ce
lorum. Et vlteri⁹ taceaꝛ deſcribis ⁊ phariſeis
qui ſunt in lege alia. ⁊ de eis tactũ eſt ſupra in
arenga. accipiende ſunt compationes in lege
chriſtiana in qua quidẽ aliqui ſunt plati. aliq̃
ſubditi. aliqui religioſi. quidã ſeclares. alij di
ſcipuli. alij doctores. ⁊ ſic de aliis. quibus ſin=
gulis in quadam compatione dici poteſt. niſi
abundauerit iuſticia veſtra pluſq̃ illoruʒ nõ
intrabitis in regnum celorum. Prima igitur M
compatio eſt inter prelatos ⁊ ſubditos. q̃ p/
latorum opa debent magis abundare q̃ ſub=
ditorum. ideo dicit Holc. ſup lib. Sapiẽ. lec·

cxcvj. ꝙ quibet ꝑlatus debet habere quattu/
oꝛ. zelum feruoꝛis ⁊ correptiõis. ſtatũ vigoꝛ
⁊ ſuppoꝛtatiõis. locũ amoꝛ ⁊ cõicatiõis. motũ
ꝓceſſoꝛ ⁊ ifoꝛmatõis. Prio dꝫ hr̃e feruoꝛ zelũ
⁊ correptiõis: vt ſit ardẽs nõ tepidꝰ ꝑ ĩguiaꝫ.
nõ fumãs ꝑ vanaꝫ gloriã. nõ extinctus per in
famiã. ſed ardẽs tanꝗ̃ colũna vt dicaꝶ de ſub
ditis ſuis illud Sapien̄. xviij. Ignis ardentẽ
columnã habuerũt duceꝫ. In cuiꝰ figura dici
tur de Helia Eccĩ. xlviij. Surrexit Helias q̃i
ignis ardens ſcꝫ ꝑ ſincerum zelum. Et nota ꝙ
aliquãdo igni thus adiũgitur aliqñ ſulphur.
Quãdo em̃ thus admiſceꝶ cũ igne tota domꝰ
redolet. quãdo vero ſulphur adiũgiꝶ igni ve/
hemẽter accendiꝶ ⁊ tota domus fetoꝛe repleꝶ
Sic aliqñ moꝛaliter eſt de ꝑlato. Cõtingit em̃
qñq; ꝙ ꝑlatus laterales conſiliarios ſibi aſſu
mit quaſi ꝑſonas ſulphureas ardẽtes ꝑ mali=
ciam ⁊ fetẽtes per infamiam. Et tunc ſic do=
mus plena eſt fumatione. tribulatiõe. ⁊ feto/
re. Eſa. xxxiiij. Cõuertenꝶ toꝛrẽtes eiꝰ in picẽ
⁊ humus eiꝰ in ſulphur ⁊ erit terra eius in pi/
cem ardentem die ac nocte. Cunq; vero con/
tingit ꝙ ꝑlatus cõſiliarios ſibi facit laterales
de perſonis ſanctis ⁊ deuotis ⁊ honeſte fame
⁊ tunc nulli dubiũ quin tunc tota domus re/
pleaꝶ dulcedine dilectionis ⁊ ſuauitate pacis
que ꝑ thus ſignanꝶ. Et figuraꝶ de tali pꝛelato
illud Eccĩ. l. Ignis effulgens de laterибꝰ ſuis
N quaſi thus ardens in igne. Scd̃o ꝑlatꝰ debet
habere ſtatum vigoꝛis ⁊ ſuppoꝛtationis vt ſit
columna foꝛtiter ſuppoꝛtatus onꝰ ſibi ſuppoſi
tum. ⁊ de hmõi ꝑlato diciꝶ Hiere. j. Dedi te
hodie in ciuitatem munitam ⁊ colũnam ferre=
am. Quãdiu em̃ colũna eſt recta foꝛtiter ſup/
poꝛtat onus ſuppoſitum. Sed ꝗ̃cito incipit i
curuari ad vnã ꝑtem vel ad aliã ſtatim fabꝛi=
cata tota cadit. Ita moꝛalr̃ ꝗ̃diu ꝑlatus ſuat
rectitudinem ⁊ iuſticiã ſequẽs iura ⁊ bonã cõ
ſcientiã meritoꝛie ſuppoꝛtat ⁊ exequiꝶ cãm ſuã
Cum em̃ declinat ad latus ꝑpter affectionem
vel offenſam nõ depꝛimẽdo defectus. ſed de/
fectiuos fouẽdo fabꝛica tota cadit. nã Iudic.
xvj. legiꝶ ꝙ ſampſon duas ꝯcutiẽdo colũnas
quibus tota domꝰ innitebaꝶ domuꝫ ꝓſtrauit
ſe ⁊ om̃es qui in ea erãt occidit. Iſto mõ ẽ de
diabolo. Affectat em̃ vnã cõgregationẽ deuo
toꝛũ ſubuertere ⁊ eos occidere. i. charitatẽ ab
eis que ẽ vita ſpũalis auferre ⁊ vt illud faciat
bꝛeuioꝛẽ viam nõ habet niſi colũnas iſtius cõ
gregationis cõcutere ⁊ allidere ꝑturbationeꝫ
⁊ cõmotiones. Iuxta illud Iob. ix. Terrã cõ
mouet de loco ſuo ⁊ colũne eius cõcutientur.
Ideo refert Petrꝰ comeſtoꝛ in ſcholꝶ. hiſto. ſu=
per Gen̄. ꝙ filꝰ Cham Noe ſeptem artes libe
rales in. xiiij. columnis deſcripſit quarũ ſeptẽ
erãt ēree ⁊ ſeptẽ latericie vt ꝯtra diluuiũ ignis

⁊ aque in ꝑpetuũ ꝑmanerẽt. In hoc figuraꝶ
ꝙ in ꝑlatis qui colũne dicunꝶ ſufficiẽtia ſcien
tie deeſſe nõ debet. Et ideo ſapiẽtia diciꝶ exci/
diſſe ſeptẽ colũnas Prouerb. ix. Quia vbi ꝑ=
lati alicuiꝰ eccľie imbuti nõ fuerint eccleſie fa=
bꝛica cito ruet. Tertio debet habere ꝑlatꝰ lo/ D
cum amoꝛis ⁊ cõmunicationis. vt ꝑ beniuolẽ
tiam ⁊ bonã affectionẽ ſubditos habeat. ⁊ ab
eis ſic habeaꝶ. debet em̃ haberi ab om̃ibus et
nõ quibuſdã quia om̃ibꝰ ⁊ ſingulis debet eſſe
cõmunis. Refert Helinãdꝰ in geſtis romano
rum de traiano ꝙ quodã tempe arguentibus
eũ amicis eo ꝙ ad ĩfimos erat nimis affabilis
⁊ vltra quã deceret impatoꝛiã dignitatẽ ꝑſo=
nas ſimplices ⁊ priuatas honoꝛaret. rñdit ſe
velle eſſe talẽ impatoꝛẽ ꝑſonis priuatis q̃les
ſibi impatoꝛ eſſe ꝑuatas optaret. Sic em̃ Iu
lius impatoꝛ amoꝛẽ militum ſuoꝝ meruit qui
eos nõ milites ſed cõmilitones appellauit. Si
cut de eo narrat Vegetius lib. j. de re militari
Idẽ in eodẽ lib. iij. c. xviij. dicit. ꝙ in exercitu
bñ oꝛdinato tres debẽt eſſe duces. ꝑmus. ſecũ
dus. tertius. Primus aũt qui ꝑcipuaꝫ habet
dignitatẽ ⁊ ꝑtãtem debet eſſe in ꝑte dextra in
ter equites ⁊ pedites ⁊ cõſilio regere ⁊ autoꝛi
tate vt taꝫ equites ꝗ̃ pedites poſſit ad pugnã
exhoꝛtari. Moꝛalr̃ ſic ꝑlatus debet eẽ cõmu=
nis ꝑſona vt maioꝛibus ⁊ minoꝛibꝰ ſue beni=
uolentie cõſtantiã ꝑſtet. nõ em̃ ſemꝑ cũ equi/
tibus acquirat honoꝛẽ. neq; ſemꝑ cũ peditibꝰ
ſubiectionis neglecto toꝛpoꝛe ſoꝛdeſcat. Chri P
ſtus em̃ i familia ſua. i. inꝶ apoſtolos ſic ſe ha
bebat. Nã aliqñ ſupioꝛem ſe ꝑtulit. Ioh. xiij.
Vos vocatis me magiſter ⁊ dñe ⁊ bñ dicitis.
ſum etem̃. Aliquãdo inferioꝛẽ Luc. xxij. Ego
ſum in medio veſtri ſicut qui miniſtrat. Aliqñ
equalem ſicut Ioh. xv. Iam nõ dicã vos ſer=
uos ſed amicos. Amicitia em̃ equalitatẽ req̃/
rit. viij. Ethic̄. Eodem modo ꝑlatus inꝶ ſub/
ditos debet aliqñ eẽ maioꝛ. aliqñ minoꝛ. ali/
quãdo equalis. Minoꝛ ꝗ̃tũ ad humilitatꝭ re
putationẽ ſm̃ illud. j. Theſſal. ij. Facti ſumꝰ
ꝑuuli in medio veſtri. Equalis ꝗ̃tũ ad amica
bilem cõuerſationẽ. Iuxta illud Eccĩ. xxxij.
Rectoꝛẽ te poſuerũt noli extolli. eſto in illis ſi
cut vnꝰ ex ipſis. Maioꝛ aũt quãtũ ad reuerẽ
tie dignitatẽ ⁊ autoꝛitatem. Iſta tria tãgit Au
guſtinꝰ in regula. honoꝛẽ coꝛã vobis timoꝛeꝫ
coꝛam deo. ſubſtratus ſit ſub pedibꝰ circa om
nes ſeipſum bonoꝛũ operũ ꝑbeat exemplum.
Cum dicit honoꝛẽ coꝛã vobis tangit reueren
tie autoꝛitatẽ. timoꝛẽ coꝛã deo ⁊c̃. reputatiõis
humilitatẽ. Sed cũ dicit circa om̃es. tangit cõ
uerſationis amicabilitatem. Dicit em̃ Ariſtꝭ.
de aĩalibus. Coꝛ eſt cõmune a quo om̃ia alia
mẽbꝛa ꝟtutem ⁊ motũ recipiũt. declinat tamẽ
magis in homie ad ſiniſtrã partẽ ꝗ̃ ad dextrã

ad ſitum ſuũ. Jſto modo p̄latus ē ſicut coꝛ in
myſtico coꝛpe a quo om̄es ſubditi recipe de/
bent ꝟtutē ⁊ cõſolationē ⁊ influentiã ſui mo/
tus. Sed tñ ad inferos debet magis cõpatien
N do fauoꝛabiliter declinare. Quarto debet p̄la
tus habere motũ pꝛeceſſoꝛis ⁊ infoꝛmatiõis.
boni em̄ p̄lati ⁊ ducis ē ꝟtuoſe ꝑ loco ⁊ tēpo-
re militare. ⁊ quod p̄cipit alijs interdũ factis
debet adimplere. Jdō dicit Hiero. ſup Exo.
Tanta debet eſſe cõuerſatio ⁊ eruditio ponti
ficis ⁊ prelati vt oēs motus ⁊ greſſus ⁊ vniũ/
ſa eius opa notabilia ſimul ꝟitatem mente cõ
cipiat ⁊ eam toto habitu reſonet ⁊ oꝛnatu q̄c/
quid agit quicq̄d loquit̃ doctrina ſit populo-
rum. Et Gregꝰ. in paſto. Tm̄ debet actionez
p̄ſli tranſcendere actio p̄ſulis q̄tuz diſtare ſo-
let a grege vita paſtoꝛis. Jdeo talibꝰ dici põt
hoc ꝟbum allegatũ. niſi abundauerit iuſticia
R veſtra pluſq̄ ſubditoꝛũ. Secũda compatio ē
inter religioſos ⁊ ſeculares. Ad multa em̄ ob
ligant̃ religioſi ad que nõ tenent̃ ſeculares vi
delicet p̄mo ad abdicationē ꝓprietatis. ad re-
nunciationē ꝓpꝛie voluntatis. ad ꝑpetuã ob
ſeruationē caſtitatis. vt de ſtatu monachoꝛuz
Cum ad monaſteriũ. vbi dicit Jnnoč. iij. Ab
dicatio ꝓpꝛietatis ſicut ⁊ votũ caſtitatis adẽo
annexa ſunt regule monachali ꝙ nec ſummuſ
pontifex poterit cuz his diſpẽſare. Et dič ſan
ctus Tho. ij. ij. q. lxxxvj. Uotũ religionis re/
ſpicit tria p̄ncipaliter ſcz pauptatē continēti/
am. ⁊ obediētiam. ⁊ hoꝛũ trãſgreſſio obligat
ad moꝛtale religioſos ſed nõ ſecl̃ares. Naz ſe/
culares laici bene poſſunt licite tempalia poſ/
ſidere. vt. xij. q. j. c. duo. vbi dicit Hiero. Lai
cis; licet tempalia poſſidere. ſed nõ niſi ad vſũ
nihil em̄ miſerius q̄ ꝓpter nũmũ ꝑdere deuz
Jtem poſſunt nubere. j. Coꝛinth. vij. Si nup-
ſerit ꝟgo nõ peccauit. Et etiam tã ſtricte nõ te
nent̃ ad obedientiã ſicut religioſi. Scdo tenē-
tur tanq̄ ad veſtitus aſperitatē ad victus te/
nuitatem. ad abſtinētie fragilitatē. ad oꝛatio-
num inſtantiam ad hoꝛarũ canonicarum fre/
quentiam ⁊ generalem ſtatutoꝛũ regule ⁊ cõ/
ſtitutionē ſui oꝛdinis obſeruantiã. ad que om
nia ſeculares minime tenent̃ qui tamē alias ſi
ſm cõmunia p̄cepta dei ⁊ eccl̃ie ſuo modo i fi/
de chꝛiſti viuãt ſaluãt̃. Si aũt regioſus ſic vi
ueret vt ipſi ⁊ nõ abũdaret iuſticia ſua pluſq̄
illoꝛũ. iuxta verbum dñi. nequaq̄ intrabit in
regnũ celoꝛũ. quia dicit Berñ. in quadã epl̃a.
Clauſtralis quaſi tot floꝛibꝰ vernat quot vir
tutibꝰ abundat. tales iuxta ꝟtutũ abundãtiã
abundantē accipiunt gloꝛiã. dicēte Greg. mo
ral. iiij. Nũo inq̄t electis in hac vita ē diſcretõ
operũ. i alia quoq̄ vita erit ꝓculdubio diſcre
tio dignitatũ vt q̄ hic aliꝰ alium ſupat in ope.
S alius aliũ in retributione trãſcēdat. Tertia cõ-
paratio ē inter doctores ⁊ diſcipulos. doctoꝛ
em̄ in doctrina ſua debet tria attendere. ſcz vt
inſtruat placeat ⁊ ad bñ agēdum moneat. de
hoc Augꝰ. in li. de doctrina chꝛiſtiana. Dixit
eloquēs. ⁊ bñ dixit. ita debere docē neceſſita-
tis ē eloquentē. vt doceat vt dlectet. vt flectat
deinde addit. docere neceſſitatis ē. delectare
ſuauitatl. flectere victoꝛie. Jdõ ſi nõ docet q2 ē
neceſſitatis regnũ celoꝛũ nõ intrabit. Quarta
compatio eſt int̃ p̄dicatoꝛes ⁊ auditoꝛes. Et
p̄dicatoꝛũ opa bona debēt plus abundare q̄
auditoꝛũ. Quia vt dicit Gregꝰ nazanzenꝰ ſu-
per Apocal. Mundari p̄us opoꝛtet ⁊ ſic ali/
os mũdare. ſapientē p̄us fieri ⁊ ſic alios face/
re ſapiētes. lumen fieri ⁊ ſic alios illuminare.
ad deũ accedere ⁊ ſic alios ad deũ ducere. Sã
ctificari ⁊ ſic alios ſanctificare. manus habere
rectas ⁊ ſic indigētibꝰ poꝛrigere manꝰ. ⁊ qui-
cũq̄ ſic fecerint regnũ celoꝛũ merebunt̃. Quia
vt dicit Gregꝰ. i quadã omel. Ad regnũ eter-
ne beatitudinis ꝑuenire nõ valet qui nõ vult
ope implere quod p̄dicat. Nam cuiꝰ vita de/
ſpicit̃ reſtat vt eiꝰ p̄dicatio cõtemnat̃. Quin- T
ta compatio eſt int̃ ſacerdotes ⁊ laicos. Et d̄
beut ſacerdotes plus in iuſticia abundare q̄
laici. quia ſunt ipſoꝛũ patres ⁊ mgr̃i. vt dicit
Gre. xix. moꝛal. di. Quis dubitet ſacerdotes
xp̄i reguz ⁊ p̄ncipũ omniũq̄ fideliũ patres et
mgr̃os cenſeri. q. d. nullꝰ. Jdõ ſicut p̄cellũt di
gnitate ſic ⁊ ſanctitate ⁊ bonitate. Dicit tamē
Archidiaconus Guido in roſario. ꝙ ſacerdo
tes nõ tenent̃ eſſe melioꝛes q̄ laici boni ſi laici
ſunt melioꝛes. Et ſubdit. ⁊ hoc dico ad ꝟtutē
nõ q̄tum ad ſcientiã docēdi p̄dicandi ⁊ faciē
di officia eccl̃iaſtica ⁊ diſtincte diſcernēdo ar-
ticulos. ⁊ ad hoc plus tenent̃ clerici q̄ laici. ſ
ſi in his ſunt inſtructioꝛes q̄ clerici nõ ē cleri-
cis imputandũ dũmodo ſufficiēter ſunt iſtru
cti in his. hec ille. Sexta compatio ē inter cõ-
templatiuos ⁊ actiuos licet enī bona ſit vita
marthe. melioꝛ tñ ps eſt Marie. quia ipſa op
timã ꝑtem elegit que nõ auferet̃ ab ea. Lu. x.
Ac ꝑ hoc plura requirunt̃ ad vitam contem-
platiuã q̄ actiuam. Quia vt dicit Pꝛoſper in
de vita cõtemplatiua Ad actiuam vitam per
tinet nulli iniurias irrogare. ad cõtēplatiuã ꝑ
tinet irrogatas eq̄nimiter ſuſtinere. Actiuus
em̄ oſtēdēdo primo opa miſericoꝛdie ſe ab ol
bus iniquitatibꝰ emũdat ⁊ vitã ſuam bonoꝛũ
operũ fructibus ditat. Contemplatiuꝰ ꝟo fa-
cultatibus ſuis in vſus pauperũ diſtributis ſi
mul ſe expoliauit mũdo. ⁊ totis viribus ſuis
adheret celo. Res mundi mũdo pꝛoiecit ⁊ ſe-
ipſum chꝛiſto deuota mēte reſtituit. hec Pꝛo
ſper. Patet ergo quomodo plus incumbit cõ
templatiuo q̄ actiuo. ꝓpter quod apte dicit̃
cõtemplatiuis. Niſi abundauerit iuſticia ve-

a ſtraplus q̄ȝ actiuorum. Sed diceret aliquis.
cū vita actiua ſit ſancta ⁊ bona ⁊ cōtemplati=
ua ꝑſupponat actiuā. Iux̄ illud Gregī. vj. mo
ral. Qui cōtemplationis arcē tenere voluerit
vel deſiderat ꝑus neceſſe ē vt ſe in cāpo actio
nis ꝓbet. quō ergo aliquis cōtemplatiuꝰ a re
gno dei excludit̄ cū ſaltem merito vite actiue
admittat̄. Ad hoc dici pōt diſtinguendo d̄ cō
templatiuis. Quidā em̄ ſunt q̄ vitā actiuā re=
ſpuentes ad cōtemplationis veſtigiū ambiti/
oſe anhelāt. Exemplū de nō nullis begardis
⁊ beginis qui laborē reſpuūt ⁊ vitam actiuaȝ
poſtponētes ad ociū cōtemplatiōis cōuolare
ꝑſumunt. ⁊ tales qui neutrā vitā tenēt ſic̄ de/
berent ꝓculdubio regnū dei nō intrabūt. qui
tm̄ ſi in humilitate vite actiue ſe tenerēt v̄e ſal=
uarent̄. Ideo dic̄ Gregꝰ. Sepe q̄ occupati hu
manis vſibꝰ bene viuerēt gladio ſue quietis ex
tincti ſunt. Et illud certe dicit Iſido. de ſum̄.
bo. lib. iij. Utiliꝰ ē ꝑ ſimplicē actionē ire ad vi
tam eternā q̄ȝ ꝑ cōtemplatiōis errorē mitti in
gehennā. Multos em̄ dn̄s ex carnalibus ſua
grā viſitat ⁊ ad cōtemplatiōis veſtigiū eleuat
multoſq̄ȝ cōtemplationi deditos iuſto iudicō
deſerit ⁊ lapſos in terrenis deſiderijs derelin
quit. Loth in ꝑuerſa ciuitate iuſtus fuit et in
monte peccauit. hec Iſido. Alij aūt ſunt q̄ in
actiua vita bn̄ exercitati ꝑ diuinā grām in al/
tum cōtemplatiōis ſuſtollunt̄. Sed vtriq̄ȝ vi
ce viciſſim deſeruiētes nūc ꝯtemplationi. nūc
actioni intendūt ad inſtar euāgeliſtarū aīaliū
de quibꝰ legit̄. Ibant ⁊ reuertebant̄ ꝑ actio/
nem. De his Bern̄. Bonū inq̄t acquirit gra/
dum q̄ bn̄ miniſtrauerit. meliorē qui bene va/
cauerit. optimū aūt qui ꝑfectus eſt in vtroq̄ȝ.
Ad hunc gradū ſponſus animā cōtemplatri/
cem vocat. Can̄. ij. Surge ꝓpera amica mea
⁊ veni. Surge inq̄t cōtemplatiōis poſtpoſiti
one. ꝓpera actiōis excitatione ⁊ veni contem
x plationis denuo reſumptiōe. Septima com/
paratio eſt int̄ ꝑfectos ⁊ ſimplices. Perfecti
em̄ tenent̄ ad om̄ia cōſilia vt patȝ ad abdica=
tionē temꝑalium. Matth. xix. Si vis perfe=
ctus eē vade ⁊ vēde oīa que habes ⁊ da pau/
peribus. Etiā tenent̄ ad ꝑfectā obedientiam
maiori. etiā in his que diſpoſitioni ꝓlati nō ſb
dunt̄. Iuxta illud Matth. xvj. Si quis vult
poſt me venire ⁊c̄. Etiā tenent̄ ad caſtitatem.
Matth. v. Audiſtis quia dictū ē antiq̄s. nō
mechaberis. Ego aūt dico qui viderit mulie/
rem ad cōcupiſcēdū eā iam mechatꝰ ē eā in cor
de ſuo. Itē tenent̄ ad dilectionē inimicorū nō
ſolū in affectu ſed etiā in effectu. Mat. v. Di=
ligite inimicos veſtros bn̄faci. ⁊c̄. Itē tenen=
tur ad ꝑfectā patientiā. Iuxta illud Matth.
v. Si q̄s te ꝑcuſſerit ad vnā maxillā ꝓbe ei al
teram. ⁊ hoc intelligit̄ ſm̄ ꝑparationē animi.

Item ad vitandū om̄em ſollicitudinē tempō
raliū. Matth. vj. Nolite ſolliciti eē. Et iterū
Nolite ſolliciti eſſe de craſtino. Itē tenent̄ ad
illud. Qui habet duas tunicas det vnā nō ha
benti. Et plura alia ſunt in euāgelio cōſilia ſi/
ne quibꝰ ſimplices boni chriſtiani ſaluant̄. ſ;
ꝑfecti ad ea tenent̄. ideo ꝓcipue pōt dici ad ta
les. Niſi abundauerit iuſticia vr̄a pluſq̄ȝ ipſe
ctorū. Sed diceres. q̄ ꝑfecti ad hec iam dicta Y
aſtringunt̄. Reſpondet̄ ꝑfecti ſunt in tripli=
ci differentia. Quidā em̄ dicunt̄ ꝑfecti ex ſta/
tu ⁊ voto ſpeciali vocatiōe diuina. vt apoſto
li fuerūt ad ꝑfectionē a dn̄o vocati. De q̄bus
Hiero. Tu qui ꝑfectū te eſſe pollicitꝰ es quid
aliud q̄ȝ ꝑfectā ſectatꝰ es vitā quā tenere de/
bes. hi ſi ea que ꝑfectionis ſunt ſuent. ꝓmiſſi
ones xp̄i quas ꝑfecti pollicitꝰ eſt ꝓculdubio
cōſequent̄. Alij ſunt qui eiſdē modis vt dictū
eſt ad ꝑfectionē aſtricti in eiꝰ obſeruatione ne
gligētes vel etiā ficti exiſtūt. de quibꝰ dicit̄ in
collatione piauionis. Sunt q̄ euāgelicā ꝑfecti
onem ſimulate potiꝰ q̄ȝ in v̄itate arripere vo/
lunt ⁊ humanis laudibꝰ ꝓuocati vniuerſ mū
di diuitijs xp̄i ꝓferunt nuditatē. facultatē vi=
delicet mūdi ſolū ad faciē hominū renūcian/
tes nequaq̄ȝ mādatis euāgelicis ſe ſubmittūt
ſed ſuas exercēt ꝓ libito voluntates. ſine du/
bio talibꝰ dn̄s ꝓſtringit viam ad domū ſuam
dicēs. niſi abundauerit. Tertij ſunt qui ſcō et
ſimplici ꝓpoſito ex deuotione ſtudēt ſe conſi=
lijs euāgelicis q̄ntū poſſunt dei adiutorio con
formare nō reputantes ſe ꝑfectos ſed ꝑfectio
nem attingere in ſpiritu humilitatis cupiētes
hi ꝓfecto ſi nō om̄ia que ꝑfectionis ſunt iple=
ant. credo hac ſentētia dn̄i eos nō ꝑcelli quin=
imo ſtudio ſuperogatiōis eos in retributione
a dn̄o ꝓmiari. Ideo de illis qui ſibi ſtatū ven
dicauerūt ꝑfectiōis nec in eo vt debuiſſent te=
nuerūt. patet quō a regno celorū iuxta v̄bum
dn̄i excludunt̄. hi aūt qui in ſimplicitate vixe
runt quō ad regnū celorū ꝑducunt̄. patȝ in vi
taſpa. vbi legit̄. Quidā frater in heremo que z
rens videre exitum anime iuſti ⁊ peccatoris di=
uino nutu lupo duce venit ante quādam ciui
uitatem vbi erat monaſteriū in quo erat q̄daȝ
ſolitariꝰ habēs magne ꝑfectionis nomen q̄ ia
cebat infirmꝰ expectans horā mortis ſue. frat̄
ille vidit multā ꝓparationē fieri cereorū ⁊ lam
padarū ꝓpter ſolitariū illum qui tante repu/
tationis habebat̄ quaſi ꝑ ipſum dn̄s ſaluaret
ciuitatē. ⁊ eo moriente om̄es ꝑituri eſſent. fa=
cta aūt hora exitus ipſiꝰ vidit frater ille tarta
reum quēdā inferni deſcendentē ꝓpter ſolita
rium illum habentē tridentem igneuȝ. Et au=
diuit vocem dicentē ſibi quaſi a deo. Hic aīa
iſta nō ꝑmiſit me in ſe quieſcere vna hora. ſic
nec tu miſerearis eius euellēs aīam. Ponēs

ergo tartareus ille tridentem in corde ſolitarij
⁊ ꝑ multas horas torquēs eum abſtraxit ani
mam ei⁹. Poſt hoc ingreſſus ille frater ciuita
tem inuenit hoiem ꝑegrinū iacentē egrotum
nō habentē qui eius curam haberet ⁊ manſit
cum eo vno die. Et cū veniſſet hora ſui exitus
vidit frater angelos gabrielē. michaelē. vnū
a dextris. ⁊ aliū a ſiniſtris infirmi. rogabātq
animā infirmi vt egrederet̄ ⁊ nō exibat quaſi
nolens derelinquere corpus ſuū. dixitq Ga/
briel ad Michaelem. aſſume tibi animā iſtā
iam eam⁹. Cui michael. iuſſi ſumus a dño vt
ſine dolore eijciat̄. ideoq nō poſſumus cū vi/
olentia eam euellere. Exclamauit ergo voce ma/
gna Michael dicens. Dñe quid vis de aīa
hac quia nō acquieſcit nobis vt egrediat̄. Cū
q deſcēdiſſent omēs angeli in circūitu anime
illius cum canticis ⁊ hymnis venit vox dicēs
Ecce mitto dauid cū cythara ⁊ omēs pſallen/
tes vt audiēs vocē ipſorū egrediat̄ anima iu
ſti hui⁹. Cū aūt deſcendiſſent cū cytharis et
cymbalis cantū angelorū cōcinētes ſancta aīa
cum gaudio exiliens ſedit in manib⁹ ſancti mi
chaelis ⁊ aſſumpta eſt cū gaudio magno in ce
lum. Ecce quō anima illius ſolitarij qui perfe
ctiſſimus in opinione hoim reputabat̄ quia nō
abundauit iuſticia eius vt debuit. ido a regno
celorū excluſa tartareis tortoribus tradita fu
it. Anima vero ſimplicis ꝑegrini cui pro ſtatu
ſuo ſuffecit iuſticia ſua ad regnū celorum cum
magna deducta fuit leticia. Quod ⁊ nobis p̄
ſtare dignet̄.

¶ Dñica ſexta poſt trinitatis. Sermo. iij.

Audiſtis quia di
ctum ē antiquis nō occides. qui autē
occiderit reus erit iudicio. ego autem
dico vobis omīs qui iraſcit̄ fratri ſuo re⁹ erit
A iudicio. Matth. v. Olla cum eſt plena aq̄ ⁊
in ſe aliquid habeat nō emittit ſed i ſe claudit
⁊ cuſtodit. Si aūt ad ignē ponat̄ ⁊ feruere in=
cipit quicq̄d intus latuit etiam minimū ſurſū
mittit ⁊ ſi que feces in fundo latebant ſupena
tant. ⁊ ſimul pinguedo cum fecibus exalant.
Moraliter ꝑ ollam intellige hominē ꝓpt̄ ma
teriam. quia ſicut olla fit de terra ſic ⁊ homo.
Iuxta illud Eccēs. iij. Homines de terra facti
ſunt ⁊ in terrā pariter reuertunt̄. Ideo dicit
apl̄us. j. Corinth. xv. Homo primus de terra
terrenus. Per aquā aūt intellige dona ſpiri/
tuſſancti. Iuxta illud Ioh. vij. Qui credit in
me flumina de vētre eius fluent aque viue. qr
de memoria credētis ꝓcedēt dona ſpūſſancti.
Sed ꝑ ignem intelligit̄ inuidia ira. Iux̄ illud
pſ̄. lvij. Supcecidit ignis ⁊ nō viderūt ſolem
Modo ad ꝓpoſitū quādo hō ad inſtar olle
eſt plen⁹ aquis videl3 donorū ſpūſſancti. tūc
nō emittit a cordis fundo quicq̄d ſit malū de
ꝓximo ſuo. Sed ſtatim cum poſitus fuerit ad
ignē ire accendit̄. quia ira eſt accenſio ſangui=
nis circa cor. iiij. Ethic̄. Tunc ſtatim quid ſcit
mali vel infamie ꝓximi totū ore ꝓfert q̄ntum
cūq illud ſit nociuū ⁊ omēs feces ⁊ blaſphe/
mias ⁊ iniurias que tempe quietis tacebat in
corde nō ſolum ore ſed omib⁹ mēbris ira du/
rante pandit. Et ſicut etiā olla feruēs cum fe=
cibus ſimul emittit pinguedinem. Sic homo
iracund⁹ ſimul cū veris falſa emittit ꝓdit ſiue
ꝓmit. Ido dixit Iob. xlj. De narib⁹ eius pro
cedit fumus ſicut olle ſuccenſe. ⁊ quid ꝑ fumū
qui ledit oc̄los hominū niſi v̄ba turpia ⁊ blaſ
phemie que ꝓferunt irati deſignant̄ q̄ ledunt
tam ꝓferentē q̄ audientē q̄ etiam illū cui ea
ꝓfert. ideo dñs in p̄ſenti euāgelio ꝓhibet irā
cordis ⁊ oris cū dicit. Qui iraſcit̄ ⁊c̄. In ver
bis ꝓpoſitis breuiter ꝑ ordinē tria tāguntur.
P̄mo impfectio phariſeorū. ibi. audiſtis q̄a di
ctum eſt antiq̄s. ſecūdo punitio iracundorū.
ibi. ego aūt dico. tertio ſatiſfactio iniuriatorū.
ibi. ſi offers munus tuū. Circa p̄mū dicit. au/ B
diſtis quia dictū eſt antiquis videlicet Exo.
xx. Nō occides. in quo quidē mandato ꝓhi/
bitionis omē homicidiū ꝓhibet̄. Ubi nō ho=
micidium eſt duplex corꝑale ⁊ ſpūale. Corpo
rale cōmittit̄ tripliciter. voluntate. ore. ⁊ ope
Uolūtate cōmittit̄ homicidiū tribus modis.
Primo ad mortem odiēdo. Exemplū de fra/
tribus Ioſeph qui oderāt eum nec poterant
quicq̄ ei pacifice loqui Gen̄. xxxvij. Nā qui
odit fratrem ſuum homicida ē. j. Ioh. iij. Et
ratio eſt. quia ille qui odit ꝓximū occidit ani=
mam ſuā. quia hō ꝑ maliciam occidit animā
ſuam. Sapien̄. xvj. ⁊ Pſ̄. xxxvj. Gladius co
rum intret in corda ipſorū. vbi dicit Auguſt.
Qui alteri nocere deſiderat ſimilis ē illi qui
gladio ſe tranſuerberat vt tunicam alteri⁹ ra=
piat. Deinde occidit ſpiritualiter ꝓximū ſuū.
Quia ſcḋm glo ſup ep̄la. j. Ioh. iij. Qui ex odio
ꝑſequit̄ fr̄em ſuum ⁊ ad iram ꝓuocat q̄ntū in
ſe eſt ipm in anima occidit. ⁊ talis eſt velut gla
dius ex vtraq pte ſcindens. de quo Eccī. xxj
Quaſi rōphea bis acuta omīs iniquitas. Se
cundo cōmittit̄ voluntate homicidium occi/
dere ꝓponendo. ſicut Eſau quādo dixit. Ue
nient dies luctus patris mei ⁊ occidam fratrē
meum Gen̄. xxvij. Et ꝓpter hoc ꝓpoſitū ma
lum non inuenit locum penitentie licet cum la
chrymis queſiuiſſet. ad Heb. xij. Tertio i mor=
tem conſentiendo. ſicut Achab cōſenſit i mor=
tem Naboth. iij. Regl. xxj. Uerbo cōmittit̄ C
homicidium tripliciter. Primo precipiendo.
ſic Herodes precepit occidere pueros Mat.
ij. Secundo ad mortem iudicando ordine iu=
ris penitus ꝑtermiſſo. ſicut fecit Pilat⁹ Luc.

xxiij. Nam quia iudex ordine iuris ſeruato p̄
cipit occidi malefactorē vt iuſticia ſeruet̄ pro
bono ſtatu reipublice non peccat. Quia dicit
Hieronimꝰ ſup Ezech. ⁊ ponit̄. xxiij. q. v. ca.
Qui malos. Qui malos inquit ꝑcutit in eo ꝙ
mali ſunt ⁊ habet vaſa interfectionis vt occi/
dat peſſimos miniſter dei eſt. Et Augꝰ in que
ſtionibꝰ Leui. Cū hō iuſte occidit̄ lex eū occi=
dit nō tu. Ex illo aūt patet ꝙ miniſter occidēſ
iuſſus a iudice nō peccat niſi hoc tam miniſter
q̄ꝫ iudex fecerint ex liuore vindicte vel ex dele
ctatione fundēdi ſanguinē hūanū. vt pōt de/
duci ex dictis Augꝰ. lib. j. ꝺ libero arbitrio. c.
iiij. ⁊ xxiij q. v. c. Miles. Tertio ꝟbo cōmit=
tit̄ homicidiū cūſulēdo. ſicut Cayphas q̄ ait.
expedit vobis vt vnꝰ moriat̄ hō ꝓ ꝑplo ⁊ non
tota gens. Ab illo die cogitauerūt interficere
eum. Joh. xj. Ope homicidium cōmittit̄ tri/
bus modis. Primo ad mortē tradendo ſic iu/
B das chriſtū Matth. xxvj. Secūdo neceſſaria
indigentibꝰ ſubtrahēdo. ſicut faciūt q̄ frumē=
tis abundāt ⁊ nō vendūt nec famis nec alio ne
ceſſario tempe nec erogant paupibus ſed ex/
pectant vt vendant chariꝰ. qꝺ nō fecit ioſeph
qui vēdidit frumēta tempe famis. ꝓpter qꝺ
dicꝰ eſt ſaluatore mūdi Gen̄. xlj. Jꝺo dic̄ Sa
piens de vnoquoq̄ꝫ taliū. Qui abſcondit fru/
menta malediceṫ in ꝑplis. benedictio autē ſup
caput vendentiū. Prouerb. xj. Quare etiā di
cit Ambro. diſtin. lxxxvj. c. paſce. Paſce fa=
me morientē. Si nō pauiſti occidiſti. de h̄ lati=
us ſupius ſmone. xxx. A. Tertio ope cōmitti
tur homicidiū ꝑcutiendo de q̄ dicit̄ Exo. xxj
Qui ꝑcuſſerit hoiem volens morte occidere
moriet̄. Sub hoc etiā genere includunt̄ ille ma
tres imiſericordes qui occidūt pueros ſiue ex
C tra vterū ſiue in vtero iā viuētes. Sed hic in
cidentaliter querit̄ vtrū tales pueri ſic a ma/
tribus occiſi ⁊ nō baptizati patiētur penā ſen
ſus. De hoc ſunt due opiniones. Vna ē beati
Augꝰ. qui vult dicere ꝙ poſt diē iudicij patiē=
tur penā ignis licꝫ minutiſſimā. Sicut de hoc
deducit lucidius merckelinus in tractatu ſuo
de inſtructione ſimpliciū ſacerdotū. c. lvij. de
hac opinione poſui in corpe de ſanctis videlꝫ
de ſancto Jacobo. ſmo. j. tertio ꝑncipali. Alia
ē opinio mitior que dicit ꝙ nō habēt penā ſen
ſus. ſed tm̄ damni. De hac opinione eſt Tho.
de argētina in cōpen. theolo. veri. lib. vlt. vbi
dicit. ꝙ poſt diē iudicij tria loca erūt inhabi/
tata ſcꝫ celū. infernꝰ. ⁊ lymbus ſcꝫ puerorum.
⁊ hoc dicit cōtra illos q̄ locū mediū nō ponūt
inter celū ⁊ infernū. de hac opinione ē etiā do
ctor ſubtilis in ſcripto ſup. ij. ſentētiarū. q̄ dic̄
ꝙ tales pueri nullā habebūt penā ſenſus exte
rioris puta ignis. quia nullā delectationē in/
ordinatā habuerūt cui rn̄det acerbitas ignis
affligētis. nec habebūt penā interiorē vt triſti
ciam. quia ſi de ſtatu ſuo triſtarent̄ inuolūta/
rie ſuſtinerēt ſtatū ſuū ⁊ vellent oppoſitū ⁊ ita
murmurarēt cōtra diſpoſitionē diuinā ⁊ ꝑ cō
ſequēs haberēt voluntatē inordinatā. qꝺ vi/
det̄ abſurdū. quia ſentētia diuina eſt diſp oſi=
tum ꝙ vbi ceciderit lignū ibi erit. ⁊ cōſequent̄
dicit ꝙ ipſi poſſunt addiſcere. multa in ꝓprio
genere ſicut ⁊ beati. Nō em̄ veriſimile ē ꝙ eſt
in eis impedimētū ꝓpter qꝺ nō poſſunt ſcien=
tiam acquirere. vnde videt̄ ꝓbabiliter conce
dendum ꝙ omniū naturaliter cognoſcibiliuꝫ
poterint habere cognitionē ꝑfectius ⁊ excellē
tius q̄ꝫ quicūq̄ꝫ philoſophi habuerunt ꝓ ſta=
tu ſuo vel iſto. Et ita aliquā beatitudinē natu
ralem de dei cognitiōe in vniuerſali poterit at
tingere. Sed de cognitiōe ꝑticulari dei dicit̄
vel quod nō dabit̄ eis quia eſſet eis ad triſti=
ciam quā nō demeruerūt vel ſi hmōi cognitio
nem habebūt nō triſtabunt̄. quia erūt cōten/
ti de ſtatu ſuo ſciētes deū ita de ſe diſpoſuiſſe
nec ſuo ſtatu aliqn̄ ꝺmeruiſſe. hec ille. Sācꝰ
Tho. in ſcripto. ij. ꝑncipali. q. ij. dicit. ꝙ pue=
ri illi nō habebūt triſticiā de carētia diuine vi
ſionis que nunq̄ꝫ debebat̄ eis cū facultatē na
ture excedat nec erāt in ſtatu merēdi ſicut nul
lus homo ſapiēs affliget̄ de hoc ꝙ non poſſet
volare ſicut auis vel quia nō eēt rex vel impe
rator cum ſibi nō eſt debitū. Ad idem Richar
dus in ſcripto tertio. q. ij. dicit ꝙ ipi ſciunt ex
naturalibꝰ deū ſe nō poſſe videre. nec ſe habu
iſſe vſum liberi arbitrij ꝑ quē ſe diſponere po=
tuiſſent ad merendū ⁊ ſciūt ſe in ꝑpetuum vi/
cturos ⁊ nullā penā ſenſibilem habituros. Et
de iſtorū cōſideratione. id ē. de carentia dei vi
ſionis nō dolent. ſed gaudent de bono qꝺ ha/
bent. ⁊ plus forte habent de gaudio de bonis
creatis q̄ꝫ mlti in hac vita q̄ tn̄ in tali ſtatu ſꝑ
ꝑmanere vellent. Et addit. nō credo tamen ꝙ
p̄dicta cōſideratio eſſet ſufficiēs cauſa q̄re nō
doleāt niſi adeſſet diuina ꝓuidētia que ab eis
excludit dolorem. Et ꝯcordat doctor ſubtilis
in ſcripto ꝙ etiā ex diſpoſitione diuina erunt
iſta corpora impaſſibilia licet nō ex dote ipaſſi
bilitatis. ita ꝙ nec ab intra nec ab extra patiē/
tur. ⁊ ſicut fames nullū inordinatum motū ſu
ſcitauit in eis in iſta vita. ita nec ibi ſuſcitabit.
Et idem doctor ſubtilis Scotꝰ gloſat verba
Augꝰ. que dicit in de fide ad Petrū tales pu=
eros eterni ignis ſupplicio puniendos. id eſt.
ſupplicio illo quod eſt in eterno igne cruciādi
ſunt. vel hoc locutꝰ eſt cōtra hereticos qui om
nino peccatū originale negabāt ⁊ penam ꝓ il=
lo peccato. ⁊ ideo exceſſiue locutus eſt. Et Ri
chardus dicit eum tempaſſe ſuum modum lo
quendi in Enchiridion. xxxiiij. vbi dicit ꝙ pe
na eorū erit minutiſſima. vel aliter poteſt dici

ſm Richar. ꝙ Aubuſtinꝰ accepit hoc ſuppli-
ciū ꝓ quacūqȝ pena eťna ſiue damni ſiue ſen/
ſus. Et ſanctꝰ Tho. i ſcripto ſcdo ꝑncipali di-
cit ꝙ frequēter noīe ignis in ſcriptura quelibȝ
pena ſignari cōſueuit nec debet mouere illud
quēcqȝ ꝙ dñs in iudicio nō daturꝰ ē niſi duas
ſentētias. vnā venite bñdicti. aliā ite maledi-
cti. Quia multi impij nō reſurgūt in iudicio.
F etiā ꝗ nō credit iā iudicatꝰ ē. Spūale ṽo homi
cidiū multis modis cōmittiť. Primo ꝑ detra
ctionē. de pe. diſt. j. c. Homicidiorū. vbi dicit
glo. ꝙ detractor diciť homicida. qꝛ ꝑuat aiaȝ
vita qꝛtū in ſe eſt dū negat eū hr̄e ṽtutes vľ il
las minuit qꝛ detrahere ē bona que alicui a do
ſunt collata minuere vel negare. Sic detrahe
re ē ſumma iniquitas. vj. q. j. c. Sūma. Secūdo
ꝑ mali ſuggeſtionē vt dicit btūs Augꝰ. ⁊ poni
tur vbi ſ. c. Noli putare te nō eſſe homicidam
qñ fratri tuo mala ꝑſuades dicēte. pſ. lvj. Fi-
lij hoīm dentes eorū arma ⁊ ſagitte. Ideo de
diabolo qui ſuggerit om̄e malū dicit Joh. Ille
homicida erat ab initio. Joh. viij. Quia non
ſolū ſeipm̄ occidit ſed etiā ſuggeſſit ꝓmis pa/
rentibꝰ ꝑuaricationē ⁊ nō eſt intelligenduȝ ꝙ
diabolꝰ creatꝰ eſt malꝰ ſicut ꝗdā dixerūt ex ṽ
bo creatoris ſuprius allegato. Sȝ ē malꝰ factꝰ
ſtatim poſt initiū. Et ſic exponit ṽba ſaluato/
ris magiſter ſentētiarū. lib. ij. diſt. iij. Tertio
ꝑ adulationē. iuxta illud pſ. liiij. Molliti ſūt
ſmones eiꝰ ſup oleū ⁊ ipi ſunt iacula. vbi dic
mgr̄ in glo. ꝙ vbi nos habemꝰ ſup oleū alia lit
ra habet adulando. Ideo dicit ꝓpha pſ. cxl.
Oleū aūt peccatoris nō impinguet caput me-
um. Hō ṽbū tractat b. Gregꝰ. in omeľ. dicēs.
Impinguat caput pctōris oleū cuȝ demulcet
mentē fauor adulātis. Et mgr̄ ſup eodeȝ ṽbo
dicit. oleū peccatoris. i falſa laus adulatoris
⁊ ſiťata dilectio ꝗ mētes a rigore ṽitatis emol
lit ad noxia nō impinguet caput meū. i. inten/
tio mea nō delecteť ď adulatiōe falſaqȝ laude.
Et ſubdit. amat ergo fidelis argui a viro iuſto
in miſicordia ⁊ nō laudari a pctōre cū irriſiōe
habeat ſecū oleū qđ ille prudentes ſecū porta
bant. ⁊ nō querat oleū pctōris. h Gregꝰ. Adu
latio eſt multū vitāda qꝛ ad modū iude ſb ſpe
cie oſculi ꝓditionē opať ⁊ ſub ſpecie amici in-
terficit. ſicut ď Joab ⁊ amaſa. Nā Joab dixit
ad eum. ſalue mi frater ⁊ tenuit manu dextera
mentū eiꝰ vicȝ amaſe ꝗſi oſculās eum qui cum
nō aduertiſſet gladiū quē habebat Joab per-
cuſſit eū in latere ⁊ effudit inteſtina eiꝰ in ťraȝ
⁊ mortuꝰ eſt. ij. Regl. xx. Et hec homicidia ꝓ-
G hibita ſūt in illo ṽbo. nō occides. Secūdum ad
ſecūdū poniť punitio iracūdorū cū dicit. ego
aūt dico vobis quicūqȝ iraſciť fratri ſuo. Ubi
nota. Ariſť. li. ij. de aialibꝰ dicit. c. iiij. Abaue
eſt animal de magnitudine quaſi cerui qđ cō/
tra naturam omniū animaliū aliorū habet fel
in aure ſimile felli hominis in colore qđ ē ama
rū valde creatiuū vehemēťi ire. Moraliť h
animal ſignificat hoīem iracūdum. Quia ira-
ti homīes videnť habere fel in aure. Quia ꝗn
tūcūqȝ cōponat ſe hō viuere cum eis pacifice
⁊ honeſte rationabiliterqȝ loquať. tamen vi/
detur ſemꝑ eis ꝙ ſit aliqualis lis vel iniuria.
vnde nihil placet eis ꝑfecte. Hij em̄ portant
fel iracūdie in aure. quia quicquid audiunt in
amaritudinē cōuertūt. Contra quos hic dicit
dñs. Quicūqȝ iraſciť fratri ſuo reus erit iudi
cio. vbi dicūt quidā. ꝗ iraſciť fratri ſuo ſine cā
Sed Hiero. dic. ꝙ fruſtra poniť ibi. qꝛ nulla
pōt eē cauſa iraſcendi in fratrē. ſed iuſte iraſci
tur aliquis culpe fratris. Nā vt dicit Augꝰ.
Iraſci fratri vt corrigať nullꝰ ſane mentis re/
prehendit. Gregꝰ. xxxij. moraľ. Si nobis ⁊ ꝓ
ximis delinquētibꝰ iraſcimur nō peccamꝰ. Si
em̄ ſic ꝓximos vt nos amare ꝑcipimur reſtat
vt ſic eorū erroribꝰ ſicut noſtris vitijs iraſcia-
mur. Unde nota ꝙ ira cōmendať qua iraſciť h
vitijs. Juxta illud pſ. iiij. Iraſcimini ⁊ noli/
te peccare. Iraſcimini inquit mgr̄ in glo. pec-
catis imo vobiſipſis de ꝑteritis peccatis ⁊ no
lite peccare. Cui cō cordat Gregꝰ. omeľ. vj. ſu
per Ezech. Uere penitēs bñ iraſciť dum ſecū
rixatur de his que ſe male geſſiſſe recolit. ⁊ ſi/
biipſi diſplicere incipit. cum illi placere inci/
pit qui illum creauit. reprehendit em̄ ſe de co/
gitationibus inſequiť de verbis talibus pu/
nit ſe flendo de factis ſupnis inhiat. om̄ia bo
na terrena ꝑ mentis deſpectionē calcat. h ille.
Item quedā ira tolerať ſicut infirmorū quē
ſubita vt cū hō ſm carnē iraſciť nec tñ vult fa
cere ad quod ira inducit. Iſta ira tolerať quia
rationē nō ſupat. de qua diciť. Nō te ſuperet
ira vt aliquē opprimas. Job. xxxvj. Quedam
ṽo ira vituperať ⁊ talis ē om̄is ira que rōnē
ſupat. Cuiꝰ ſm Gregl. quatuor ſunt gradus.
Quidā em̄ cito cōmouenť ad iram ⁊ cito rede
unt ad trāquillitatē. Alij ṽo tarde iraſcunť ⁊
tarde redeunt. ⁊ iſti peiores ſunt primis. vt di
cit beatꝰ Augꝰ. in regula. Alij aūt de facili ira
accendunť ⁊ tarde redeunt ⁊ ipſi peiores ſunt
om̄ibus. Sed alij tarde iraſcunť ⁊ cito irā de-
ſerunt qui inter om̄es ſunt minus mali. Item
ſunt nōnulli qui nō ſolū tenent iram in corde.
ſed etiā oſtēdūt verbis vt qui dic alicui racha
aut fatue grauius peccat. Nam ſm Augl. ⁊
Criſ. Racha nō ē vox aliquid ſignificās. ſed
ſolum motū indignantis animi. ſm Hierony.
ṽo in glo. eſt hebraicum. ⁊ idem eſt qđ cenos
grece ⁊ latine ianis ⁊ vacuus. i. abſqȝ cerebro
nūcupatꝰ quod ē cōtumelia. Qui ergo h dixe
rit fratri reus eſt cōcilio. i. cōſenſu iudicij ē da
da ſententia cōtra eum. Alij autem ꝓcedūt ad

ꝟba determinata dicēdo in ira fatue vel alia
cōuitia. ⁊ vnuſquiſq; talis erit reus gehenne
ignis. Quia dicit Criſ. Indignū eſt hominē
dicere fatuū qui habet in ſe ſpiritūſcm̄. Ꝙtuz
I ad tertiū ponit̄ ſatiſfactio iniuriatoꝝ cū ſub/
iungitur. Si offers mun⁹ tuuz ante altare ⁊c̄.
Ubi nota. dicit̄ notanter. Si offers mun⁹ tuū
ante altare. in q̄ innuit̄ ꝙ oblatio debet eē vo=
luntaria ⁊ de ratione oblationis eſt ꝙ volun/
tarie debet fieri ⁊ ſacerdotes nō debēt oblati/
ones recipe niſi volūtarie ⁊ ſponte offerātur.
Iuxta illud Exod. xxv. Ab omi homie q̄ of/
fert vltraneus accipiet͡l eas ſcȝ oblatiōes. Ad
illas tn̄ oblationes que fiūt in quatuoꝛ feſtiui
tatibus p̄ncipalibus vt in feſto paſce Pēthe=
co. Aſſumptionis ꝟginis glorioſe. ⁊ natiuita
tis chriſti om̄es ſunt aſtricte pſone ſaltem cō/
municātes vt quidā dicunt ⁊ ad iſtā cōſuetu/
dinem laudabilē tenendā vbi ſubditi reſiſtere
vellent ſunt cogendi p epiſcopum nō p pleba
num. Sicut patet p Innoc̄. iij. extra de ſimo.
Ad aplicā vbi dr̄. Ad aplicā audiētiā freq̄nti
relatiōe puenit ꝙ q̄dā clerici ꝓ exequijs moꝛ
tuoꝝ ⁊ bn̄dictiōe nubentiū. ⁊ ſimilib⁹ pecuni
am exigūt ⁊ extoꝛquēt. Et ſi forte eoꝝ cupidi
tati nō fuerit ſatiſfactū. īpedimēta ficticia frau
dulēter opponūt. Ecōtra vero quidā laici lau=
dabilem cōſuetudinē erga ſcām eccl̄iam ꝓ de=
uotione fidelium introductā ex feruoꝛe here/
tice prauitatis nitunt̄ infringere ſub pretextu
canonice pietatis. Quapropt̄ has prauas ex=
actiones fieri ꝓhibemus. ⁊ pias cōſuetudies
p̄cipimus obſeruari ſtatuētes vt libere confe
rant̄ eccleſiaſtica ſacramēta. Sed p epiſcopū
loci ꝟitate cognita cōpellant̄. qui pniciose ni=
tunt̄ malā ꝯſuetudinē imutare. Ex hac decre
tali habet̄ ꝙ offertoꝛia quatuoꝛ dierum predi
ctoꝝ de iure exigunt̄. ⁊ nō dātes ea p epiſco=
pum ad dandū cōpellunt̄. Et dicunt aliqui ꝙ
illud qḋ ad mādatū epi offert̄ nomē oblatio/
nis retinet. Nam licet in iſto caſu cogēdi ſunt
ad oblationē vt coacte offerant. tn̄ oblatio eſt
quodāmodo volūtaria q̄ꝫtū ad q̄ꝫtitatē vel ad
ſpeciē rei offerēde. Ex q̄ elicit̄ ꝙ grauiter pec
cant ſacerdotes curati qui ſubditū nō habētē
vnū denariū cogunt ad duplū offerendū. eti/
am ſi deberēt oſtiatim duos denarios mēdica
re. Et ſi humiliter petit ſuppoꝛtari allegando
maximā pauptatem nō meret̄ exaudiri. ideo
de illis ſacerdotib⁹ dicit Sapiens. Qui obtu
rat aures ſuas ad clamoꝛē paupis ⁊ ipe clama
bit ⁊ nō exaudiet̄ Prouerb. xxj. Sed diceres
K ꝙ ois xp̄ian⁹ vltra hos quatuoꝛ dies p̄tactos
adhuc tenet̄ ad altare in miſſarū ſolēnijs offer
re. Quia Greg⁹. papa. vij. ⁊ ponit̄ de ꝯſecra.
diſt. j. Ois. Ois inq̄t xp̄ian⁹ ꝓcuret ad miſſa
rum ſolēnia aliquid deo offerre ⁊ ducē ad me

moꝛiam qḋ dn̄s p moyſen dixit. Exod. xxiij.
Nō apparebis in cōſpectu meo vacuus. Ad h̄
rn̄det Diaconus in roſario ꝙ hoc intelligitur
de oblatione interioꝛi. vel bonoꝝ operū. vel
de cōſilio, nec alie oblationes poſſunt de iure
peti vt ait Hugo ⁊ Raymūd⁹. Sȝ omib⁹ pre
cipit̄ ne vacui. i. ſine orōne vel bonis opibus
ad miſſarū ſolēnia accedant. idō debēt deo cū
ſūma diligentia ⁊ orōnes ⁊ bona opa ꝓferre
⁊ offerre. vt dicunt doctores exponēdo illud
Exod. iam dictū. Nō apparebis. Et ne ſacer/
dotes habeant occaſiōes cogēdi ſubditos vt
quotidianas oblationes faciant ꝓuiſum ē eis
de decimis ⁊ p̄mitijs quas de iure petere pn̄t
vt extra de deci. in multis. ca. vbi ꝟo decime
nō dant̄. ſicut in multis locis alemanie ⁊ alibi
loco decimarū ſunt eis alia bona quib⁹ viuere
valeant aſſignata. Si vero ſacerdos prochia
lis adeo eſſet ſemp paup ꝙ nō poſſet quotidi=
anis oblatiōibus ſuſtētari ſubditi tenent̄ ad
honoꝛē dei p̄ncipaliter ⁊ cōſequēter ad ſuſten
tationē ſacerdotis munera offerre ad altare.
Quia dicit apl's. j. Coꝛinth. ix. Nemo cogitur
ꝓpijs ſtipēdijs militare. Et hoc intellige ſi ſb
diti pn̄t ſibi ſubuenire tenent̄ ad hoc. Si vero
nō poſſunt ꝓpter pauptatem nō ſūt cogēdi vt
denari⁹fuerl ſūmo regi accept⁹eris. Et dic̃ fi/
naliter.date deo q̄ dei ſūt. Ad nos vt audire
mereamur ꝯcedat nob pr̄ ⁊ fili⁹ ⁊ ſpūſſanctus

Dñica.xxiiij.poſt Trini.Sermo.

Loquēte ieſu ad turbas.ecce princeps vn⁹acceſſit ⁊
adorauit eum di. Dñe filia mea mõ
defūcta eſt.ℏ ve.⁊ ipo.ma.ſu.e.⁊ vi. Ita ſcri-
A bit Mat.ix.⁊ Marc.v.⁊ Lu.viij. Vas liq̄
re plenū ſi motū fuerit ſupeffundit liquorē vt
videm⁹. Et ſic eſt đ vaſe pleno ſic ē đ pio dño
nā pius dñs vt rex vl̄ pnceps plen⁹miſcdia pi
etate ⁊ clemētia ſe omni petēti facilit̃ impti ⁊
exaudit.⁊ ſuā pietatē largiēdo oñdit.ſicut le/
git̃ i geſtl roma.ꝙ Tytus impator ita pi⁹fuit
ꝙ omī petēti ſe aut dona aut ꝓmiſſa vouit.ita
ꝙ etiā die in q̄ munera ꝓrimo nõ dedit aut ali
quā pietatē oñdit ꝑdidiſſe ſe dixit ac ſi vellet
dicere. Dies iſta mihi ꝯceſſa fuit vt pietatē in
ea exercerē.ℏ nõ feci.ğ eā ꝑdidi. Et ğ miſcdia
dr̄ pncipibus innata. ob quā cām dicunt̃ gra
tioſi.⁊ eos valde decorat Seneca teſte q̄ ait đ
clemētia ad Nerone. Et ſi tales ſunt dñi terreni
multo pl⁹pnceps ⁊ rex celeſtl dñs nr̄ q̄ plenus
eſt miſcdia.iuxta illđ pſ. Miſcdia dñi plena
eſt terra. Ergo petitões nr̄as ad deū dirigere
debem⁹ꝯfident̃.nec puipendere orõnes nr̄as
q̄s ipſe dñs eſtimat maximas. Ad ℏ hortatur
Bern̄.i ſermo. Nemo vr̄m puipēdat orões
ſuas q̄s ipſe quē adoram⁹nõ puipendit. Ipe
em̄ pus ꝙ ex ore ꝓgredit̃ eaꝫ ſcribere iubet.⁊
dare vult illud qđ petim⁹qđ nob viderit me/
lius expedire. Ex q̄ pietate ⁊ plenitudine mi/
ſericordie petentē principē ꝓ filia exaudiuit ⁊
mulierē ſe ſequentē a fluxu ſanguis liberauit.
vel ſanauit vt dicit euangeliū. i quo euangeli
ſta tria pncipalit̃ tangit. Primo pncipis ꝓ fi/
lia deuotā petitōem. Secūdo mulieris emor/
royſſe piā curationē. Tertio filie mortue pote
ſtatiuā reſtitutiōem. Quantū ad primū tāgit
pncipis ꝓ filia deuotā petitōem cū dicit. Ecce
B pnceps vnus acceſſit ⁊ adorauit eū. Circa qđ
notādū ꝙ exemplo illius pncipis ire debem⁹
ad xp̄m.pmo quaſi ad ſplendorem. ipe.n. eſt
ſplendor gl̄ie ⁊ figura ſubſtātie eius.ſ.patris.
ad Heb.j. Et ſplenduit in claritate vite.fame
⁊ doctrine.quare neceſſe ē vt ad ipm acceda=
mus ⁊ in pdictis fulgeam⁹. Et pmo ſplēdere
debemus claritate vite quo ad uoſmetipſos i
conſcia intrinſecus vt ꝯtineamus lucem more
ſolis ⁊ nõ more lune. Sol.n.ſic fulget ꝙ hꝫ lu
cē incorruptā p totū. Luna đo nõ ſic.ideo ſp
apparet maculoſa.⁊ quedaꝫ macula i ea eſt q̄
hꝫ q̄ſi vmbrā homis portātis faſciculū ſpina
rū vt dicūt vetule. Iſto mõ hoies q̄dam in ec
cleſia dei ſplendēt more ſolis. q: fulgēt i ꝯſciē
tijs ſuis abſq̄ maculis mortaliū pctōꝝ. vt de
q̄libet exponi poſſit illud Ecci.l. Quaſi ſol re
fulgens ſic iſte refulſit in tēplo dei. Et Mat.
xiij. Fulgebūt iuſti ſicͭ ſol i regno pr̄is ſui. vbi
p regnū intelligit̃ vno mõ pn̄s eccl̄ia i qua de
uoti hoies fulgēt i bona vita ſicͭ ſol. Alij đo
ſplendēt ſicͭ luna.q: licꝫ aliq̄n ſint clare fame.
ſunt tñ vmbroſe ꝯſcie vbi inf́ior hõ portat fa-
ſciculū ſpinaꝝ.vicꝫ pungentiū pctōꝝ.⁊ tales
ſplendere nõ pn̄t niſi pctā abſtergāt.iux̄ illud
Baruch.vj. Niſi aliquis exterſerit rubiginē
nõ fulgebit. Scđo ncc̄e ē vt ſplēdeam⁹ i clari/ C
tate fame q̄ ad extraneos. q: dicit Aug.xj.q.
iij.c.nõ ſunt audiēdi. Nobis ncc̄ia ē vita nr̄a.
alijs fama nr̄a.q: videmus ꝙdiu cādela ſplē=
det ⁊ ardet eſt delectabile negociū ⁊ vtile.ſed
ſi extinguit̃.locū circūſtantē facit tenebroſū ⁊
fetet.ſicut dicit Ariſto.li.aialiū. Iſte fetor eſt
ita nociu⁹mulieri ꝑgnāti ꝙ ſi ſit vehemens fa
cit eā abortire ⁊ occidit fetū. Iſto mõ eſt pnci=
palit̃ ⁊ p oibus đ quolibet viro eccl̄iaſtico cõi
q̄ cādela lucēs ⁊ ardens i eccl̄ia ꝯſtituit̃.⁊ ille
quidē ꝙdiu ē bone fame delectabil̃ eſt ⁊ vtilis
dādo bonū exemplū alijs. Qñ aūt extinguit̃
vento tēptatōis ⁊ ꝯmittit aliqđ notoriū pctm̄
⁊ publicū. ſtatim relinq̄t circa ſe locū tenebro
ſum ⁊ fetet p infamiā.⁊ iſte fetor nocꝫ pſonis
exn̄tibus i ꝓpoſito ſancte viuēdi. Fetm̄.n. p
poſitū eſt ꝯceptus vel fetus mentis. Et iſte fe
tus freq̄nter i bona pſona ſpūſancto ꝯceptus
p fetorē pcti ſcādaloſi ſuffocat̃.⁊ locus vicin⁹
efficit̃ tenebroſus.q: ſtatus eccl̄iaſtic⁹p tales
ꝯtēptibilis ⁊ deriſibilis iudicat̃.et iõ magnū
ꝯtemptū faciūt i eccl̄ia dei.q: populares tra/
hūt in exemplū mala q̄ vidēt fieri a paſtorib⁹
vt patꝫ extra đ vo.⁊ vo.redēpt̃.magne. vbi
dicit̃. Prelati debent agē id qđ expediat. qđ
em̄ a platis agit̃ facile trahit̃ a ſubditis i exē
pluꝫ. Iđ dicit Grego.in paſtorali. ca.iij. Ne
mo ampli⁹eccl̄ie dei nocet ꝙ qui puerſe agēs
nomē vl̄ordinē ſanctitatis habꝫ. delinquen/
tē.n.nunq̄ hn̄t redarguere. nullus pſumit.i
exemplū culpe vehemētis extēdit̃ qñ p reue=
rētia ordinis pctōr hortat̃.hec Greg⁹. Scꝫ qñ
eccl̄ia hꝫ hoies ſplēdentes ⁊ luminoſos a lai/
cis honorabilit̃ honorātur. iuxta illud Tob.
xiij.quod dr̄ de qualibꝫ pſona luminoſa luce
ſplēdida. Fulgebis ⁊ oms fines tre adorabūt
te.i.honorabūt.iõ debēt accedere ad xp̄m vt
illuminent̃ vt ſic honore digni reddat̃. Acce D
dite ind̄t pſ.ad eū ⁊ illuminami. ⁊ facies ve/
ſtre non ꝯfundent̃. Scđo accedere debemus

nccio ad xp̄m quaſi ad doctorē vt diſcamus.
Vñ diſcere debemꝰ triplici de cā.ſ.ne ignore-
mus.aut ne negligamꝰ.aut vt repudiemꝰ.de
h̄ diſ.xxxvij.c.legimꝰ.vbi ſic dr̄.Legimꝰ aliq̄
ne negligamꝰ.legimꝰ ne ignoremꝰ.legimꝰ non
vt teneamꝰ ſ vt repudiemus.glo.li.hebreoꝝ
Rōem autē q̄re diſcere debemꝰ ponit ꝓpheta
Dañ.xij.Qui docti fuerit fulgebūt q̄ſi ſplen-
dor firmamēti ⁊ q̄ ad iuſticiā erudiūt multos
q̄ſi ſtelle i ꝑpetuas eꝛnitates. Jō legiꝛ Joh.
iij.de Nicodemo p̄ncipe iudeoꝝ q̄ acceſſit ad
Jeſuꝫ nocte vt ab eo diſceret fidei ſecreta.Et
diſcipuli acceſſerūt ad Jeſū. At ille apuit os
ſuū et docebat eos octo btitudines Mat.v.
Sꝫ iā p̄ncipes ⁊ nobiles mūdi mime accedūt
ad xp̄m vt audiant veritatē ⁊ doceanꝛ.qꝛ pu
tant ſe ſapiētes eſſe cū tñ ſtulti facti ſunt.de q̄
bus Hiere.iiij.Sapiētes ſunt vt faciāt mala
bona aūt facere neſciunt.Jō ꝯminaꝛ eis dñs
Eſa.v.Ve vobis qui ſapiētes eſtis in oculis
veſtris.⁊ coram vobiſmetipſis prudētes.Et
non ſolū nobiles raro accedūt ad xp̄m.ſ etiā
ignobiles ⁊ ſcabini ⁊ aduocati ceteriq̄ȝ ciuita
tum officiales et diuites.niſi vbi p̄dicatores
adulanꝛ.iuxta illud Eſa.xxx.Loq̄re nob cō/
placētia ⁊ audiamus te. Sunt etiā aliq̄ q̄ cuꝫ
ſemel audierit p̄dicationē eſtimāt ſe multa di
diciſſe.⁊ ſic nolunt accedere ad xp̄m cuꝫ tñ in
modico tp̄e non pōt q̄s multuꝫ addiſcere.xl/
viij.di.c.j.qꝛ nemo repēte fit ſummꝰ.ꝺ pe.di.
ij.c.ſi ſmo.Quare hō debꝫ ſp̄ diſcere duꝫ hic
viuit.qꝛ dicit iuriſconſultus.Si vnū pedē te
nerē in ſepulcro adhuc diſcere vellē.ff.ꝺ ſidei
cōmiſſa.libta.xxiiij.q.iij.ſi hēs.Sunt ⁊ alij q̄
nunq̄ȝ accedunt ad xp̄m vt illuminarēꝛ ⁊ do-
cerētur.⁊ hi ſiles ſunt venenoſis aialibus.de
q̄bus Pli.in ſpe.na.Cuncta quidē aialia ve-
nenoſa antra petunt atq̄ȝ obſcura latibula ex
natura.Cuius rō ē.Nam egreſſa terre exala-
tione venenū ſuum hauriunt aialia venenoſa
vniuerſū ſm Conſtantinū.iō diligūt caliginē
⁊ obſcuꝝ.Sic oms venenoſi pctō ⁊ ſcelere in
damnatōꝫ q̄dē aie ſue ſp̄ petūt mētis ſue cali-
ginē.quod pꝫ ex hoc.qꝛ nunq̄ȝ ꝓperāt ad ſer/
mones vbi illuminanꝛ ceci mēte.Jō dicꝛ Ry/
char.ꝺ.s.victore.Quanto etem̄ quis maiori
p̄occupaꝛ ſcelere tanto magis delectaꝛ mēta-
lis caliginis cecitate.⁊ qꝛ hic diligūt mētis ca
liginē i futuro hēbūt infernalē.qꝛ Mat.xxij
dr̄.Proijcite eos i tenebras exꝛiores ⁊c̄.Ter
tio accedere debemus ncc̄io cuꝫ iſto principe
Jayro ad xp̄m tanq̄ȝ ad medicantē vt ꝯuale-
amus exemplo illius mulieris q̄ ſm Ambro.
li.de ſapiētiſſimo Salomone Marthe q̄ fuit
ſoror Marie q̄ fluxū ſanguis patiebatur.xij.
annis.⁊ ꝑ amiſſionē ſanguinis debilitatam ⁊
infirmatā ſe ſentiēs confidenꝛ acceſſit ad xp̄m

tanq̄ȝ ad celeſtū medicū qui ſalutē animaꝝ nō
lucꝝ pecuniaꝝ queſiuit.Ipſa nāq̄ȝ vt dr̄ Lu-
ce.viij.omnē ſubſtantiā erogauerat in medi-
cos.ſed a nullo curari potuit.quia hec curatō
fuit ſummo medico reſuata.Ideo ad chriſtū
veniēs non in domo neq̄ȝ in ciuitate ſ in itine
re.quia ipſa quaſi immūda ſm legē ab homi-
nibus fuit ſepata.Quia dr̄ Leuit.xv.Mu-
lier q̄ patitur fluxum ſanguis multis diebus.
immūda erit.Sed nūc mulieres talē infirmi/
tatem habētes non ſunt ab ingreſſu eccl'ie nec
ab omni conſortio ſepande.Quia dicit Aug.
diſt.v.c.ad eius.qꝛ ꝑ hoc ꝙ inuita patiꝛ.iniu
ſtuꝫ ē vt eccleſie p̄uetꝛ ingreſſu.Et tunc ponit
humilis mulieris ingreſſum qꝛ acceſſit retro.
⁊ tetigit fimbriā veſtimēti eiꝰ.In hoc ſm Re
migiū eius humilitas ē laudāda.qꝛ non ad fa
ciē ſ retro acceſſit.indignā ſe iudicauit tangē
domicos pedes.In hoc culpātur illi viri vel
etiā mulieres ille qui vel q̄ cum grauibus pec
catis ad altare vbi xp̄s p̄ns eſt corꝑalicꝛ in ſa/
cramēto poſt conſecrationē accedere p̄ſumūt
vt in faciē etiam ſacerdotis reſpiciant.quod
tamen inhibitū eſt.vt extra ꝺ vita ⁊ honeſta/
te clericoꝝ vt laici.⁊ p̄mittit gloſa.Statuimꝰ
ſecus quādo myſteria celebrātur ſtare vel ſe/
dere mime p̄ſumāt.Quapropter peccatores
retro ſacerdotē vel longe ab eo ſtare debēt ꝓ-
pter verecundiam.Conſiderare.n.debet ho/
mo an ſit in peccato mortali an non.Si i mor-
tali ſcit ſe eſſe tunc eſt in indigniori ſtatu q̄ȝ ca-
nis vl' porcus vl' buſo.cum ſit debitor duplici
mortis.temporalis vicꝫ et eterne.illi xo vni/
cam mortē debent.Si xo neſcit ſe eſſe in mor-
tali in ſtatu ſalutis.ſed ſcit ſe quandoq̄ȝ fuiſſe
debitorē mortis eterne.⁊ neſcit vtrum pecca-
tuꝫ ſit ſibi dimiſſū.Quia dicit Salomō Eccs
ix.Sunt iuſti atq̄ȝ ſapiētes.ſ.inter homines.
⁊ opa eorum in manu dei ſunt.⁊ tamen neſcit
homo an amore vl' odio dignus ſit ſed omnia
in futurū ſeruantur incerta.⁊ ſi ſcirent ſe ēē in
ſtatu gratie.viderēt tamen in ſe negligentiaꝫ
ꝑficiendi ⁊ impoſſibilitatē ſtandi.facilitatem
cadendi.⁊ difficultatē reſurgendi.⁊ debilita-
tē minima vitia vincendi.Ideo dicit Grego
rius.Humiliare debet nos mortis neceſſitas
vite breuitas.ſtandi impoſſibilitas.lapſus aſ
ſiduitas.⁊ ſurgēdi difficultas.miſeriaꝝ mul-
tiplicitas.ſupboꝝ angelorū irrecupabilitas.
ipſiuſq̄ȝ humilitatis nobilitas.hec ille.Dein-
de ponit euangeliſta mulieris huius fidelē co
gitatū.dicebat.n.intra ſe.i.i corde ſuo cogita-
uit.Si tetigero tm̄ fim.veſt.eius ſana.i.ſalua
ero.Et ꝯuſus Jeſus vidit eam ⁊ dixit.Confi
de filia fides tua te ſaluā fecit.⁊ ſalua facta eſt
mulier in illa hora.Ecce iſta mulier in iſta in/
firmitate q̄ſiuit verꝫ medicū xp̄m.nec acceſſit

ad queꝗ incātatorē aut incātatricē vl' ariolū.
F Cōtra qḋ multe mulieres infideles vl' etiā ml'
ti viri infideliores faciūt q̄ incātatorib⁹. diuia
toribus. ſortilegi. ⁊ alijs hmōi erroribus ⁊ ma
leficis multiplicib⁹ credūt. vl' q̄ falſa remedia
ↄtra infirmitates hoīm vel etiā aīaliū ʒ chara=
cteribus tribuunt vl' aſſumūt. vel q̄ neq̄tioſis
ↄſilijs diaboli male ſe vindicādo ſanis egritu
dinē i mmittunt. ꝺ his dicit Aug. xxvj. q. vij.
Nō obſuetis. Qui talibus credūt vl' ad eorū
domū euntes. aut ſuis domibus introducūt
⁊ interrogant. ſciant ſe xp̄ianā religiōʒ ⁊ baptiſ
mū p̄uaricaſſe. ⁊ paganū ⁊ apoſtatam. i. retro
abeuntē. dei inimicū ⁊ irā dei grauit' incurre/
re. niſi eccl'iaſtica pnīa emēdatus deo reconci=
L lietur. Et idē Aug. lib. ꝺ ciui. dei dicit. Et po
nit' xxvj. q. v. Nec mirꝫ. añ finē. Si aūt q̄libet
opponat ⁊ dicat. quō eueniunt illa que illi di
uini p̄dicūt futura. aut quō pn̄t p̄bere egrī me
delā. aut ſanis intromittere egritudinē. ſi ali=
q̄d ꝓprie v̄tutis ⁊ ptātis nō hn̄t. hoc a nobis
recipiāt rn̄ſū. q' iō quiſqꝫ nō dꝫ eis credere ꝙ
aliq̄n eueniūt q̄ p̄dicūt. aut ſanare videtur lā=
guidos. aut ſanare egros. vl' ledere ſanos. q̄a
hoc ꝑmiſſione dei ē vt ipſi q̄ hoc audiūt vl' vi
dēt. ꝓbent' ⁊ appareant q̄li ſint fide ⁊ deuoti=
one erga deū. ſicut i Deut. legit' Moyſen ex
v̄bo dn̄i p̄cepiſſe populo dei ita di. Si ſurre=
xerit in medio tui ꝓpheta. aut qui ſe ſomniuꝫ
vidiſſe dicit. aut p̄dixerit ſignū aut portentū.
aut euenerint q̄ locutus ē. dixeritqꝫ. Eamus
⁊ ſequamur deos alienos quos ignoramus ⁊
ſeruiamus illis nō audies v̄ba ꝓphe illi⁹. aut
ſomniatoris. qꝛ tēptat vos dn̄s de⁹ veſter an
diligatis eum. Sꝫ hic incidētaliter poſſit ali=
G quis dicere ꝙ licitū ſit ꝑ ſomnia diuinare. q̄a
dr̄ Sap. xviij. Viſiones q̄ illos turbauerunt
hos p̄monebant. ergo ille viſiones fuerunt ſi
gnificatiue futuroꝝ. Et in ſcriptura ſacra legi
mus multos diuiaſſe. Gen̄. xxxviij. ꝺ Joſeph
legit'. Vidi ſomniū ꝙ ſol ⁊ luna ⁊ ſtelle vnde=
cim adorauerūt me. qḋ poſtea ſortiebat' effe=
ctū cū. xj. fratres ſui eū adorauerūt in egypto
Et Judic. vij. ꝺ ſomnio mediāte q̄ ↄfortatus
fuit Gedeō. Pro q̄ notāduꝫ vt trahit' ex dictl
Aug. li. xij. ſup Gen̄. ⁊ Ariſto. ꝺ ſom. ⁊ vigi.
Et etiā Alberti in li. ſuo ꝺ ſom. Sōnia ſumūt
originēʒ multipl'r. aliq̄n a corpe hūano. aliq̄n
ab aīa. aliq̄n a corpibus celeſtib⁹. aliq̄n a ſpi=
ritib⁹ bonis. aliq̄n a ſpiritib⁹ mal'. Ex pte q̄dē
corpis i hoīe originant' ſomnia cōit'. Qn̄. n. i
corpe ſupabūdat hūiditas. vtpote hūor fleg=
matic⁹ accedēs ad organū fantaſie. fātaſia for
mat ſibi idolū ſil'e illi humori ⁊ apparet homi
ꝙ ſit aq̄ vl' ꝙ guſtat potū. Sil'r qn̄ hūor dulc'
vl' flegmatic⁹ deſcēdit a capite apparet hoī ꝙ
guſtet dulcia. Conſil'r colera nimis ſupabun

dante i corpe ſomniat hō freq̄nter de incēdijs
⁊ ↄflagratōe domoꝝ ⁊ hmōi. Et ſic narrat al=
bertus cuidā ſomniaſſe picē ardentē infuſam
fuiſſe in ventrē ſuū. ⁊ cā fuit. qꝛ in eo abunda=
uit colera nigra. vn̄ exurgens emiſit colerā ni
grā ex magna quantitate. Talia ergo ſomnia
maīfeſte ſignificatiua ſūt futuraꝝ infirmitatū
vt freq̄nter. Et ſic dic' ↄmēta. ꝺ ſom. ⁊ vig. ꝙ
nullus hō eſt q̄ videt ſomniū qḋ nō annūcia=
uerit ei aliqḋ futuꝝ. ⁊ ꝺ talibus ſomnijs bn̄ in
formant' medici ad iudicandū ꝺ ↄditōe infir=
mi. Aliq̄n v̄o ſomnia originant' ex pte anime
vn̄ hoīes ſolliciti ⁊ cogitatōnes circa negocia
freq̄nter habētes ſomniāt ꝺ iſtis ⁊ eiſdē. iuxta
illud Eccl'i. v. Multas curas ſequunt' ſōnia.
⁊ h̄ ē cā quare hoīes freq̄nter ſomniāt ꝺ ami=
cis ſuis ⁊ notis. ⁊ plura p̄uident ꝺ eis q̄ꝫ ꝺ ex=
traneis. Amici. n. ꝓcul exiſtētes maxime ſol=
liciti ſunt ad inuicē. vt dicit Ariſtot'. i ꝺ ſom.
⁊ vigi. Hec etiā eſt cā quare dediti vilitatib⁹
i vigilia vilia ſomnia i dormiēdo habent. Si=
militer etiā tantus pōt eſſe habitus hōeſtat' i
vigilando ꝙ pſona nō aſſentiat feditatibus ⁊
voluptatibus carnalibus i dormiēdo. ſic do/
cet Aug. x. cōfeſ. c. xxxj. vigilādo talē habitū
honeſtat' pōt acq̄rere ꝙ virtute illius habit⁹
diſſipabunt' fantaſie male q̄ ſe ſꝑ ingerūt dor
miēti. Aliq̄n ſomnia cauſant' in hoīe virtute
corpoꝝ ſupcceleſtiū. nā corpa celeſtia influen=
do v̄tutē corpibus nr̄is alterāt corpa noſtra i
ſomno ⁊ tūc ↄuenit inde fantaſiā formare ſibi
ſpēs ⁊ idola ↄformia q̄litatib⁹ cauſat' in corpe
a celo. ⁊ ſic apparēt aīe aliq̄ effect⁹ futuri ſicut
debilitas vel ſterilitas corporū. vel ſterilitas
terre ⁊ hmōi. ſic fuit ꝺ ſomnio Pharaōis. ⁊ ꝺ
ſeptē bob⁹ ⁊ de. vij. ſpicis Gen̄. xlj. Aliq̄n ori=
ginant' i nobis ſomnia a ſpiritibus bonis. ſic
pꝫ Mat. ij. ꝺ angelo q̄ apparuit i ſomnis Jo
ſeph. ⁊ in angelo q̄ apparuit magis. ⁊ in alijs
locis ſcripture poſſum⁹ ↄſil'e dicere. Tale vi=
det' fuiſſe ſomniū Simonidis poete. de q̄ nar
rat Valerius li. j. c. v. Simonides cū ad litt⁹
mar' applicuiſſet ⁊ inhumatū corp⁹ repiſſet. ⁊
illud ſepulture tradidiſſet. admonit⁹ ab eo ꝑ
ſomniū ne ꝓxio inde nauigaret. ⁊ ſic in t'ra re=
māſit. ⁊ q̄ inde nauigauerūt fluctib⁹ ⁊ ꝓcellis
i eius aſpectu obruti ſunt. ipē letatus ē ꝙ vitā
ſuā i ſomno qḋ non credere voluiſſet obſerua
uit. hoc ſomniū ab aliq̄ bono ſpū i recōpēſati=
onē pietatis Simonidi factū credit'. Aliq̄n i
nobis originant' ſomnia a ſpiritibus malis. ſi
cut pꝫ ꝺ vxore pylati q̄ ocioſa die paraſceues
dormitauit. ⁊ multa paſſa fuit ꝑ viſum ꝺ xp̄o
demone immittēte fantaſias ⁊ apparitōes vt
ꝑ eā redēptionē nr̄aꝫ impediret. vn̄ mādauit
viro ſuo Pylato dicēs. Nihil tibi ⁊ iuſto illi
multa. n. paſſa ſum hodie ꝑ viſuꝫ ꝓpter eum

Math.xxvij. Et a tali ſpũ videť ſomniũ illd
fuiſſe cauſatũ. qđ narrat Valerius vbi.ſ̃. de
caſſio pn̄ſi. Huic dormienti q̄dā catr⁹ ꝑcere
magnitudis ⁊ nigri coloris apparuit. ⁊ ſqua=
lida barba ⁊ capillo remiſſo. interrogat⁹ ꝑ eũ
q̄s eēt.rñdit.cattus. Demũ ꝑterritus caſſius
familiā excitauit ⁊ q̄ſiuit ſi q̄s talis camerā ſu
am fuiſſet ingreſſus. Rñderunt nõ. Rurſus
ğ obdormiuit. cui rurſus eadẽ ſpecies appa=
ruit. ⁊ Caſſi⁹ ſibi lumẽ iuſſit afferri. ⁊ pueros
ſibi aſſiſtere ꝑ̄cepit. ⁊ ecce infra modicũ tem=
pus đ mandato ceſaris punitus ē capite. ꝑꝫ
ğ ꝙ ſomnia ſignificātia ſunt euentuũ futuro=
h rum. Dicit tñ phs.licet ſomnia ſint ſignifica=
tiua futuroꝝ.aliqñ tñ nõ eſt nccē euentũ ſom=
nioꝝ accidere.qꝛ pñt ꝑfectores eis ea impedi
re. Sicut nubes ſunt cā pluuie qñ abundāt. ⁊
ſignant futurā pluuiā. ⁊ tñ ab aliquo ſupiori
diſꝑgendo eas ꝯtingit impediri pluuiā. Cõ/
ſilr̄ i voluntarijs oꝑatõibus ꝙ̃uis aliquis ha
beat ꝯſiliũ ad aliqđ faciendũ ⁊ futuꝝ ꝓpoſitũ
ad idẽ nõ eſt nccē.nccē tñ ꝙ ſic faciat. Põt.n.
forti⁹ ꝯſiliũ ſuꝑuenire ⁊ totũ mutare ꝓpoſitũ
⁊ iõ interꝑ̄tatoꝛ ſomnioꝝ nõ debet dicere deť
minate.ſic et ſic ſomniũ eueniet. ſic ſomniũ ſi=
gnificat.ſed dꝫ adijcere conditionẽ. niſi forti=
oꝛ cā ſuꝑueniens impediat. Et ſic ſilr̄ debent
aſtrologi diuinare. Vñ dicit Alber. vbi.ſ̃.ꝙ
aſtrologi dicẽtes deťminate! ꝙ talis effectus
eueniet faciunt ſciam aſtrologicā vileſcẽ forti
ori cā impediẽte.cũ tñ in ſe non ſit defectus.ꝟ
in aſtrologia determinate ⁊ abſolute ſniaꝫ ꝓ/
ferre ꝑiculoſũ eſt. Et ſanctus Aug.xxvj.q.ij
c. Sors.dicit. Aſtrologia apud catholicos in
diſſuetudinẽ abijt. q̄a dum ꝓpria curioſitate
his nimis erant intẽti minus vacabāt his q̄.ꝓ
ſalute aīaꝝ erāt accõmodata. Silr̄ đ ſomnijs
dicit ſapiẽs Eccī.xxxiiij. Vana ſpes ⁊ mẽda=
ciũ inſenſato viro. ⁊ ſomnia extollunt impru=
dentes. ⁊ iteꝝ. Multos errare fecerũt ⁊ exci=
derũt ſꝑantes in illl̕. Et metriſta dicit. Sõnia
ne cures nā fallunt ſomnia plures. Ex his tñ
ꝑꝫ ꝙ ꝑ ſomnia licꝫ diuiare. Sꝫ di. tñ Leuit].
xix. ꝓhibeť obſ̃uatio ſomnioꝝ. ğ eſt illicita.
Rñdetur ꝙ inhibeť ne ſuꝑſtitioſe h̊ fiat ⁊ ni=
mis cõiter.nõ qꝛ aliqñ nõ liceat vt declaratuꝫ
ē. Hoc tñ đ ſomnijs hic inſerui potius lr̄at] ad
legendũ ꝙ̃ laic] ad ꝑ̄dicādũ.q̄ diſcere nõ pñt
vñ ſomnia generenť ⁊ orianť ⁊c̄. Pro doctri
i na morali ē notandum. Iſta mulier ſignificat
quālibet aīam peccatricẽ q̄ patiť fluxũ ſāgui=
nis.i.pctõrum. de q̄bus petijt liberari dauid
pſ̃.l. Libera me de ſanguibus deus de⁹ ſalut]
mee. Hec mulier ſi vult mũdari opoꝛtet ꝑmũ
egredi ſecretũ cordis.qꝛ pctm̄ nõ ſanať i ſecre
to cordis.ꝟ opoꝛꝫ i publicũ venire ꝑ ꝯfeſſio=
nẽ oris.qꝛ dicit ſapiẽs Prouerb.xxviij. Qui
abſcõdit ſcelera ſua nõ dirigeť.glo.i viā ſalũ
tis.q̄ aũt ꝯfeſſus fuerit. vicꝫ veraciť ⁊ integre
⁊ reliquerit ea.abſqꝫ recidiuo. miſcđiam cõſe
queť.ſ.a deo. Et Aug.i expoſitõe pſ̃. Pctõ=
rũ moꝛbus dũ tegiť marceſcit.ſi ꝯfeſſionibus
aꝑ̄ictur euapoꝛat. Et iteꝝ. Illi quoꝝ peccata
humane noticie latent.nec ab ipſis ꝯfeſſa.nec
ab alijs publicata ipſi ea confiteri vel emẽda=
re noluerint deuꝫ quẽ habent teſtẽ ipm̄ habi=
turi ſunt ⁊ vltoꝛẽ. Et ſubdit. Quid ꝓdeſt ho/
minibus humanũ intrare iudiciũ cuꝫ ſi in malo
ſuo ꝑmanſerint.ituri ſunt i eternuꝫ deo retri=
buente ſuppliciũ. Idẽ Aug.ſuꝑ pſ̃.dicit. In
ꝯfeſſione venia ē.in peccatis damnatio. vul=
nus medicũ querit.medicus ꝯfeſſiõeꝫ exigit.
Si iuſtus es aꝑi conſciam dño. aꝑi ſimplici=
tatẽ pector] tui. ⁊ puritatẽ coꝛdis. ⁊ anime ſin
ceritatẽ. Si peccatoꝛ es confitere peccatũ.nõ
tegas conſciam delictoꝝ. quia nõ poteſt deũ
latere vita tua. Secundo ꝙ hec mulier acceſ= k
ſit retro ſignificať in hoc ꝙ aīa peccatrix de/
bet multũ pudoꝛoſe confiteri.qꝛ pudoꝛ vl̕ eru
beſcentia ē magna pars ꝯfeſſionis. ⁊ maxime
placet deo in penitentibus.quia dicit Berñ.
Quantũ diſplicet impudẽtia pctõris. tantuꝫ
placet deo erubeſcẽtia penitent]. De illo ꝟbo
ñ nõ hꝫ erubeſcentiā in ꝯfeſſione poteſt intel=
ligi illud Hiere.iij. Frons meretricis facta eſt
tibi.noluiſti erubeſcere. Iõ Berñ.dicit. Me
lius eſt nunc erubeſcere corā paucis ꝙ̃ i futu=
ro coꝛam omnibus. Tertio mulier hec tetigit
fimbriā veſtimenti eius ⁊ ſanata eſt. Quid ꝑ
veſtimentũ xp̄i niſi humanitas eius vel caro
tegẽs ipſi⁹ deitatẽ.đ qua Apocal̕.xix. Habe=
bat in veſtimẽto eius ſcriptũ rex regũ et dñs
dñantium. quia chriſtus quaſi homo omnia
regẽs et in omnibus dominabiť poteſtatiue.
ſic ipſe dixit Mat.xxviij. Data ē mihi omĩs
poteſtas i celo ⁊ in terra. Sed veſtimẽti hui⁹
fimbria.ſ.humanitat] ē paſſio.quā ſolũ in hu=
manitate ⁊ non in deitate ſuſcepit.iuxta illud
qđ poniť in glo.đ ſum.tri.c.firmiter. ſuꝑ hoc
verbo impaſſibilis. vicꝫ ſm̄ deitatem. Nihil
Iſaac patiť aries fit victima xp̄o. nec deitas
patiť cũ moꝛiať homo. Tāgere ğ fimbriaꝫ eſt
credere ⁊ cogitare paſſionẽ ex qua ſequiť om
nis curatio peccati. quia dicit Hugo đ ſacra.
Hic recoꝛdandũ eſt ꝙ paſſionis xp̄i frequẽs
meditatio tam coꝛpalem ꝙ̃ ſpũalẽ releuat lā
guoꝛem. Spũalis languoꝛ eſt peccatũ. iuxta
illud Boe.iiij.đ ꝯſo. Sicut lāguoꝛ ē moꝛbus
coꝛpis. ita vitioſitas eſt moꝛbus aīe. et hunc
moꝛbũ ⁊ languoꝛeꝫ curat xp̄i paſſio. Et hoc ē
quod dicit Ioh. Apocal̕.vl. Vidi ex vtraqꝫ
ꝑte flumis lignũ vite afferẽs fructus.xij. ⁊ fo
lia eius ad ſanitateꝫ gentiũ. Iõ dicit Chryſ.
Tota noſtra ſalus in paſſione dñi noſtri ē po=

ſita. Quod cōſiderans autor de ſtimulo amo
ris parte. j.c.j. Ecce inquit aperta eſt ianua vi
te. ⁊ ꝑ lanceam Longini gladius verſatilis ē
motus. Ecce lignū vite tam in ramis ꝙ̄ in ſti-
pite pforatum eſt. in quibus foramnibus ni-
ſi pedeȝ affectus poſueris non potes cape fru
ctus eius. Ecce aptus eſt theſaurus diuie ſa-
piētie ⁊ ſanitatis eterne. Intra ergo ꝑ vulne-
rum aptionem ⁊ inuenies veram ſalutē. O ꝙ̄
beata lancea ⁊ beati hi claui qui et que facere
aptionē meruerunt. ⁊ ſi fuiſſem loco illius i la
tere xp̄i amplius non exiſſem ſed dixiſſē. Hec
requies mea i ſeculū ſeculi. hic habitabo quo
niam elegi eam. hec ille. Itē alia doctrina mo
ralis. ſciendū ꝺ filia archiſynagogi de qua di
L cit dñs. Puella nō eſt mortua ſ; dormit. Per
hanc filiaȝ ſignificatur anima peccatoris que
dormit in peccatis. vbi ſm̄ Robertū ſup lib.
Sap̄. lectione. cxcj. peccatū compatur ſomno
ꝓpter quatuor rationes. videlicet ꝓpter ſom
ni cauſatōem. ꝓpter eius interp̄tationē. pro/
pter ſenſuum ligationē. et propter iudicij de-
ceptionē. Primo ergo dormitio ſiue ſomnus
dicitur figuratiue peccatū propter ſomni cau
ſationē. Cauſatur. n. ſm̄ Ariſtot. in de ſom. ⁊
vigi. a vaporatione aſcendente ad cerebruȝ ꝺ
nutrimento. qui quidem vapor ꝑ calorē aſcē-
dit. ſed cum ad cerebrum ꝑuenerit ꝓpter cere
bri frigiditatē infrigitur ibidem. ⁊ cuȝ materia
illa fuerit grauis congelationis nititur deſcē-
dere. deſcendendo autem ꝑ venas obturat ve
nas ſpirituū ꝑ quas ſenſus exercent actus ſu
os. ⁊ ſic cauſatur impotētia ſentiendi. ⁊ retra
ctio caloris ad interius. ⁊ hoc ē ſomnus. ꝑua-
tio vicȝ actus ſentiēdi ꝑ euaporatiōem ſic ele-
uatā de nutrimento ⁊ poſt infrigidataȝ. ſicut
declarat Ariſto. vbi. s̄. p. vij. ſigna. vbi oſten
dit ꝙ cōiter homis triplex diſpoſitō corpalis
facit hominē ſomnolentū naturalit̄. videlicet
ſi hȝ caput grande. Naȝ aīalia habētia capita
ꝑua ⁊ paꝝ ꝺ cerebro ſicut aues paꝝ dormiūt.
Siſr aīalia habentia cerebrum ſiccuȝ ſicut ca-
nes. vicȝ melancolici parū dormiunt ſm̄ Ari
ſtot. Sed hō q̄ habet caput grāde ⁊ collū bre
ue ⁊ venas graciles ē naturaliter ſomnolent⁹
q: ſi vene ſunt graciles ⁊ euaporatio gracilis
⁊ ſubtilis faciliter aſcendit cerebꝝ. ⁊ eadē va
poratio infrigidata in capite ⁊ ingroſſata dif-
ficulter deſcendit ꝓpter gracilitateȝ venaꝝ. ⁊
ꝑ ꝯſequens diu retinet̄ vapor ille groſſus i ca
pite. ꝙ̄diu tenet̄ ibi obturat meatus ſenſuū. ⁊
tādiu manent ſenſus ligati ꝙ al's dormire ſim
pl'r nō ſcit. Scd̄o ſi habet caput grāde multū
hēbit ꝺ cerebro. ⁊ multū fit ꝺ frigiditate i loco
illo. Tertio ſi collū ſit breue citi⁹ eueniūt eua-
poratiōes ꝺ ſtomacho ad cerebꝝ. Iſto mō eſt
moralit̄. ſi pſona hȝ caput grāde. collū breue.

venas graciles. erit cōiter ꝑ delitias ⁊ pigriti
am ſomnolēta. Caput magnū ē magna digni-
tas ſicut eſt rex. comes vel miles. vel in eccl'ia
papa vel ep̄s. decanus vel p̄poſit⁹. Collū bre
ue eſt ꝑua charitas. charitas. n. q̄ſi collū xp̄i i
corpe xp̄i myſtico qꝺ eſt eccl'ia ꝯnectens xp̄m
q̄ ē caput corpi ſuo quod ē eccl'ia. Vena ē vas
ſanguis. Sāguis. n. deſignat ꝯpaſſiōȝ ad pxi
mū. Et reuera q̄cunqȝ hȝ magnā ſeculi digni/
tatē. ⁊ ad deū paruā charitatē. ⁊ erga pximū
modicā pietatē. talis eſt neceſſario ſomnolen-
tus. Eſa. xiiij. Oīs reges gentiū dormiūt in
gloria ſua. vir in domo ſua. In cuius ſignum
tres reges ſiue magi reſponſo accepto in ſom
nis ne redirent ad herodē ꝑ aliā viam reuerſi
ſunt in regiōȝ ſuā. Math. ij. Paupib⁹ paſto-
ribus angelus apparuit vigilātibus. ſ; reges
iuenit opp̄ſſos ꝑ ſomnū. Et ita ē hodie ꝙ pau
peres inueniunt̄ plerūqȝ vigilātes ad ea q̄ ſa-
lutis ſue ſunt. Sȝ diuites in pctis dormiūt. et
poſt hanc vitaȝ nihil meritoriū in manib⁹ ſuis
inueniūt. iuxta illꝺ pſ̄. Dormierūt ſomnū ſu-
um. ſ. in peccatis. ⁊ nihil inuenerūt omnes vi
ri diuitiaꝝ in manibus ſuis. q: q̄ dormit i pec
cat̄ nihil opari poterit meritorij opis. Scd̄o
peccatū compatur ſomno ꝑ ſomnij interp̄ta/
tionē. Dicit. n. vulgo ꝙ̄uis ſemp nō ſit veruȝ
ꝙ recta interp̄tatō ſomnij ē exponere ſomniū
ꝑ ꝯtrarium. ſicut dicunt illi q̄ actiue de ſignifi
catōe ſomnioꝝ ꝯtendunt. Et certe iſto mō eſt
ſpūalit̄. Nā ſomniātes ꝺ honorib⁹. dignitati-
bus. diuitijs ⁊ delitijs i p̄ñti. i futuro ponēt̄ i
penis. dolorib⁹ ⁊ i miſerijs. Per oppoſitū af/
flicti in tribulatōibus ⁊ in tedijs ꝓpter deū in
p̄ñti. i futuro gaudio replebunt̄. iux̄ illud pſ̄.
Trāſiuimus ꝑ ignē ⁊ aquā. ⁊ eduxiſti nos in
refrigeriū. hoc eſt de q̄ ſaluator diſcipulos ſu
os p̄monuit qñ erat ab eis ꝺ ſeculo receſſur⁹.
Amen amē dico vobis q: plorabitis ⁊ flebit
vos. mundus autē gaudebit. ſed triſticia vr̄a
ꝯtetur in gaudiū Ioh. xvj. Gaudiū. n. mun-
danorum in triſticiā vertetur. Iob. xxj Du/
cunt inquit in bonis dies ſuos. ⁊ in pūcto ad
inferna deſcēdūt. De iſtis ſomnijs Eccl'i. xxx/
iiij. Vana ſpes ⁊ mendaciū inſenſato viro. ⁊
ſomnia extollūt imprudentes. Fingit. n. Oui
dius. ij. metha. ꝙ Alcōes miro modo ſeu fer-
uore virum ſuum Certem dilexit. ꝓ quo cuȝ
mare tranſire tēptaſſet ⁊ naufragiū paſſus fu
iſſet Alcones vxor ſua caſum ſuū neſciēs omi
bus dijs offerebat thura ⁊ p̄cipue Iunōi. Iu
no nō ferens vlterius lachrymas Alconis vo
cauit Iridē fideliſſimā nunciā. ⁊ cōmiſit ei ꝙ
iret ad palatiū ſomnij regl ⁊ excitaret ſomniū
p̄cipiendo ex pte Iunonis ꝙ aliqueȝ de filijs
ſuis hoc eſt ꝺ ſomnijs. q: ſomnia dicūtur filij
ſomni. mitteret ſtatim ad alconē q̄ ei oſtende-

ret effigiē Tertis viri ſui iā in mari ſubmerſi
Juit ğ Jris famula ad curiā ſomni regl ⁊ iuſ-
ſa Junonis cōpleuit. Hēt.n.ſomnꝰ tres filios
potētiſſimos q̄s nūq̄ꝫ niſi ad nobiles reges ⁊
duces mittit. Pꝛimꝰ vocaꝛ moꝛpheꝰ. ſcđs ita
cos. tertius fantaſis. Moꝛpheꝰ hꝫ ſuū offici-
um ꝙ nō effigiet i capite niſi humanā effigieꝫ
cū geſtis ⁊ loquelis ⁊ cū ceterl ꝑtinētibꝰ ad hu
manā naturā. Jtacos cauſat effigies bꝛutoꝝ
et volatiliū cū omībus ſuis ꝑtinētijs ⁊ geſtis
ad bꝛuta ꝑtinētibus. Sed de hūanis ſymula-
cris vel ꝺ inanimatl nullatenus ſe intromittit
Fantaſis cauſat p̄cipue figuras inaiatoꝝ. vt
lapidū. montiū ⁊ domoꝝ. Rex ꝟo ducens ſe-
cū p̄mogenitū ſuū iuit ad Alconē. quo cū ꝑue
niſſet filius ſuus moꝛpheus poſuit ſe i capite
alconis i effigie Tertl naufragi ⁊ moꝛtui. ⁊ ſic
eā ꝺ moꝛte mariti certificauit. ⁊ volūtatē Ju/
M nonis expleuit. Uult aūt Ouidiꝰ ꝑ hos tres
filios ſomni intelligi triplex genꝰ ſollicitudis.
quā mittit diabolꝰ i coꝛda hoīm doꝛmientiū ꝑ
negligētiā vite ſue. Pꝛima ſollicitudo ē circa
honoꝛes ⁊ dignitates. Scđa circa voluptates
Tertia circa diuitias. Pꝛimꝰ ğ filiꝰ mittit ad
ſuꝑbos q̄ eis effigiat ꝺ nobilitate hūana. ⁊ di
gnitatibꝰ. ⁊ honoꝛibꝰ. ⁊ pompa. ſič i veſtitu ⁊
geſtu. famulatu ⁊ eq̄tatu. Scđs filiꝰ mittit ad
libidinoſos. ⁊ nō repn̄tat niſi ea q̄ ad bꝛuta ꝑ-
tinēt. ꝺ quo dicit Ariſtl. iij. eth. c. j. ꝙ illa dele-
ctatō maxie exꝓbꝛabilꝛ ē q̄ delectamur n̄ ſm
ꝙ ſumꝰ hoīes ſ; ſm ꝙ ſumꝰ aialia. Talibus.n.
gaudere ⁊ maxime diligere beſtiale ē. ille filiꝰ
cauſat i hoīe ſollicitudinē ⁊ curā carnis i deſi
derijs. cibis ⁊ potidꝰ venerl ⁊ q̄etis. i. ti nō hn̄t
curas ad honoꝛes vel diuitias niſi ſcđario ſed
tm̄ ad voluptatē. Tertius filiꝰ ſomni mittitur
ad cupidos. iſte facit omnē cogitatū ad inaia-
ta maxime circa auꝝ ⁊ argentū. terras ⁊ alia.
qꝛ ſi circa oues ⁊ boues ſollicitanꝛ hoc ē ſcđa-
rio inq̄ſitū ꝑ talia pecunia ē acq̄renda. ⁊ hi ho
mies ꝑ regē ſomnū. i. pctm̄ reguntur. Ro. v.
Regnauit moꝛs ab Adā vſq̄ꝫ ad Moyſen. ⁊
iſte ſomnꝰ diuitiaꝝ. voluptatū ⁊ honoꝝ ꝟtet
finaliꝛ in pauꝑtatē. vilitatē ⁊ miſeriā. idō dr̄.
Pꝛouerb. xx. Noli diligere ſomnū ne te ege/
ſtas opp̄mat. Tertio pctm̄ cōꝑaꝛ ſomno ꝓpꝛ
ſenſuū ligatōeꝫ. Doꝛmiens.n. ſenſus ſuos ita
hꝫ ligatos vt de oꝑationibus ſuis nihil exer-
ceat. ſed ē q̄ſi moꝛtuus. Eodeꝫ mō doꝛmiēs ꝑ
ꝯſuetudinē male vite i pctō moꝛtali nihil pōt
interim plus oꝑari meritoꝛiū vite eterne. Di-
cit.n. Ariſ. i ꝺ ſom. ⁊ vigi. ꝙ doꝛmiētes in doꝛ
miēdo faciētes oꝑa vigilie nō pn̄t memoꝛari
opeꝝ illoꝝ ſ; ſomnioꝝ bn̄ recoꝛdanꝛ. eodē mō
facientes de genere bonoꝝ extra charitatē nō
recoꝛdanꝛ ſe fuiſſe ꝑ eiſdem eternaliter p̄mi
atos. ⁊ ſic iudicabūt illa nō eſſe oꝑa bona. ſed
potiꝰ ſicut bonoꝝ opeꝝ ſomnia p̄teriſſe. Job
xx. Uelut ſomniū euolās nō inueniꝛ. trāſibit
velut viſio nocturna. Quarto pctm̄ compa/
tur ſomno ꝓpter iudicij deceptōem. Somni-
ans iudicat ſe q̄nq̄ꝫ eſſe in magnis feſtis collo
catū inter reges. ⁊ cuꝫ euigilat inueniet ſe foꝛ-
taſſis i carcere compeditū. doꝛmiēs terribilia
nō timet. qꝛ ſi q̄s ſtet ad caput doꝛmiētis cum
gladio euagiato nihil timet. ſ; ꝺ fātaſijs ꝓꝑij
capitl q̄ ſibi nocere nō pn̄t timet. Eodē mō doꝛ
mientes i pctis falſū hn̄t iudiciū. Nā tribula-
tōes ſeculi q̄ ſunt fantaſtice nimis timent. pe-
nas ꝟo eternas nō foꝛmidant. quoꝝ q̄libet di
cere pōt illud Job. vij. Terrebis me ꝑ ſōnia.
⁊ ꝑ viſiones hoꝛroꝛe ꝯcuties. Ecc̄i. xl. Som-
nia noctl immutāt aīm eiꝰ. Ecce pꝫ ꝙ pctm̄ ſi-
milaꝛ ſomno. ⁊ peccans ſomniat ſiue doꝛmit.
Talꝭ ſi dꝫ ſuſcitari p̄mo indiget oꝛōne in fide.
viciꝫ illuminatoꝝ. ſ. bonoꝝ. qđ notaꝛ in hoc ꝙ
xp̄s rogatus a Jayro q̄ interp̄taꝛ illumiatus
ſecutus ē eū ad illaꝫ ſuſcitandā. ſi peccatoꝛ in
peccato moꝛtali doꝛmiens nō pōt ꝑ ſe gr̄aꝫ ꝑ-
mereri. quare vt dictuꝫ eſt indiget oꝛōne viri
iuſti in fideq̄ꝫ illuminati. Jō dꝛ Job. v. Uo/
ca ſi eſt. ⁊ ad aliquem ſanctoꝝ conuertere vt
oꝛet ꝑ te. Q autem peccatoꝛ nō poteſt ꝑ ſe gra
tiam ꝓmereri cauſa ē triplex. Pꝛima qꝛ talis N
ē pꝛiuatus omni gratia. recte ſicut miles dere
linquens dn̄m ſuuꝫ ⁊ ſeruiens aduerſario eiꝰ
non tm̄ mereꝛ bonis ſpoliari. ſed etiaꝫ capite
plecti. Sic ⁊ homo cuius vita debet eſſe mili-
tia ſuꝑ terrā Job. vij. cū derelinq̄t dn̄m ſuum
Jeſū xp̄m ⁊ adheret diabolo ꝑ pctm̄ nō ē di/
gnus bonis terre q̄nto minus gratie. iuxta il-
lud Aug. Homo in moꝛtali exiſtens nō ſoluꝫ
pꝛiuaꝛ oīm bono gratie. ſed etiā eſt indignus
quo veſcaꝛ pane. Scđa cauſa ē. qꝛ cū talis oꝛ
dineꝛ ad penā nō pōt ꝓmereri gr̄aꝫ. Quia dꝛ
Rom. ij. Jra ⁊ indignatio. tribulatio ⁊ angu
ſtia in oēm aiaꝫ homis oꝑantis malū. Tertia
cā eſt. qꝛ non habet ratiōnē merendi radicem
videlicet charitatis. Nō meretur.n. quis niſi
cū dilectiōe ſeruiat. Sed dū ſeruit diabolo cō
trarius eſt deo. qꝛ dicit Bern̄. Anima peccās
ꝑdit ſignū xp̄i. ⁊ accipit ſignū diaboli. idō ne
ceſſe ē vt habeat oꝛōnē ſanctoꝝ ſiue iuſtoꝛum
vt poſſit gr̄am ꝓmereri Secundo indiget dei O
p̄uentione. quod tangiꝛ cum dꝛ p̄nceps. Do
mine filia mea defuncta ē. ſ; veni ⁊ impone illi
manū ⁊ viuet. q. d. veni ꝑ gratiā p̄uenienteꝫ.
oꝑantē ⁊ gratis datam. ⁊ impone illi manū ꝑ
gr̄am ꝯcomitantē. cooꝑantē ⁊ gratuitā. ⁊ vi-
uet. ꝑ gr̄am conſequentē. ꝑficientē ⁊ ꝯſūman
tem. ⁊ ſic triplex eſt gratia. vt tangit magiſter
ſniarum li. ij. di. xxvj. Pꝛima eſt gr̄a pꝛeueni-
ens operans gratis data. hanc ſolus deꝰ oꝑa-
tur in nobis. ꝑ oīa ſine nobis vt creatō. gu-

bernatio.redemptio.vocatio.corpis ſanitas
vires aie.induſtria ingenij.ꝛ ↄſiliū qđ dr̄ pre
ueniēs.quia in dono ſuo nos deus p̄uenit.di
ſponēs noſtrā voluntatē vt fiat bona.vel ve=
lit bonum.vt dicit magiſter vbi.s̄.c.j.in fine.
Voluntas homis gr̄a p̄uenit atq; p̄parat vt
fiat bona non vt fiat voluntas.q: an̄ gr̄az vo=
luntas erat.ſed non erat bona ꝛ recta volun/
tas.Dr̄ etiam operās.q: ſolus deus in nobis
opatur.iuxta ill ud Phil.ij.Deus opatur in
nobis velle.i.vo luntatē bonā.Dr̄ etiā gratis
data.q: adhuc nulla noſtra merita p̄ceſſerūt.
ad Tytum.ij.Apparuit benignitas ꝛ hūani/
tas ſaluatoris dei nr̄i.nō ex opibus iuſticie q̄
fecimus nos.ſ̄ ſm̄ ſuaz miſcdiam ſaluos nos
fecit.Scd̄a gr̄a ē ↄcomitās.coopans et gtui=
ta.hāc deus opat in nobis nō ſine nobis ſ̄ no
biſcū vt ſācta deuotio.dulci meditatō.affectu
oſa orō ꝛ ↄſilia.ꝛ dr̄ cōcomitans.q: adiuuat
noſtrā pietatē pie ꝛ recte viuere.q: dicit Gre=
go.Nihil valet humana induſtria ſine dei ad
iuuante gr̄a.Dr̄ etiā coopans eo q̄ talis gr̄a
pp̄ter adiūcta noſtra opa gratos nos reddat
deo.vn̄ Grego.xvj.moral.Supna dei pietas
purgat i nobis ſine nobis.vt obſeq̄nte noſtro
libero arbitrio bonū qđ petimꝰ agat nobiſcuz
quod tm̄ p compēſaz gr̄am in extremo iudicio
ita nos remunerat velut ſolū nobis p̄ceſſiſſet
Tertia gr̄a dr̄ ſubſequēs ꝛ ↄſummās.hāc ite
rū deus opat i nobis.q̄ gr̄a ideo ſic dicta ē.q:
p̄dictas gr̄as ſubſeq̄tur.pficit ꝛ ↄſūmat.q̄ cō
ſiſtit in totius vite ꝛ opeꝝ virtuoſoꝝ felici cō=
ſummatōe ꝛ etn̄a glorificatōe.ꝛ đ hac dr̄ Ro
ma.vj.Gr̄a dei vita eterna merito dr̄.q: exce
dit oia nr̄a merita.nulla.n.merita pn̄t ei ad cō
dignū reſpondere.Roma.viij.Nō ſunt cōdi
gne paſſiōes huius tpis ad futurā gl̄iam q̄ re=
uelabit in nobis.iđ q̄cq̄d vltra meritū noſtꝝ
nobis tribuit gr̄a noiat.Tertio indiget tybi=
cinū eiectōe.q: dr̄ h.Cū veniſſz ieſus i domū
p̄ncipis ꝛ vidiſſet tybicines ꝛ turbā tumultu=
antē.Tybicies carmē lugubre canebāt vt ali=
os ſuo carmine ad fletū puocarēt.Sed turba
pꝰ mortē puelle alterutꝝ loq̄bat.q: archiſyna
gogus erat hō nobil.q̄re venerāt multi ad do
mū eiꝰ pp̄ter mortē puelle vt ſibi ↄpaſſiōz oñ
derēt.Sed ill dicebat ieſus Recedite.q.d.di
mittatꝭ lugere.ꝛ Luc.viij.Nolite flere.nō eſt
mortua puella.i.in morſura.ſ̄ dormit.q.d.fa
ciliter poſſum eam ſuſcitare a morte vt a ſom
no.Moraliter aūt p tybicines ſm̄ Rabanuz
p ſignificant adulatores qui fouent aiam i pec/
cato.Nam dicit Guil.i ſumma vitioꝝ tracta=
tu de vitio lingue.Alligant homines in pctīs
delectat.n.ho iem ea facere in q̄bus nō ſolum
metuit rephenſor ſed auditor laudat.Et ſup
illud Luc.vj.Ve cum bn̄dixerint vobis oēs
hoies.dicit glo.Pars magna pene ē peccato
ri ſua ſcelera mō non argui ſed inſup bn̄ geſta
laudari.Et ſup illud ps̄.Deus in adiutoriuz
meum intende.dicit Augᵒ.Plus nocēt ſigna
adulatoris q̄ manꝰ pſecutoris.Et Eccs̄.vij.
Melius ē a ſapiēte corripi q̄ ſtultoꝝ adula=
tione decipi.ſ.q̄ nutriūt eū i malo.ita adulato
res ad inſtar tybicinū debēt eijci vt aia a pctīs
reſurgat.q: decipiunt eā.Eſa.iij.Pplē meus
q̄ te btm̄ dicunt ipſi decipiūt te.Et.c.ix.Erūt
qui beatificant populū iſtū ſeducētes.Sed p
turbā tumultuantē ſignificat ſeculi cura q̄ eti
am eſt eijciēda ſi debet ſuſcitari aia.de quo di
cit Grego.xviij.moral.Foris autē turba eijci
tur vt puella ſuſcitetur.q: niſi prius a ſecreti=
oribus cordis expellat ſeculariuz multitudo
curaꝝ.anima que intriſecus iacet mortua nō R
reſurget.Spūaliter aūt p tybicines ſignificā=
tur demones.q: ſic illi admiſſi erant vt ad fle
tū dulci cantu puocarent aſſiſtentes.q: hec ē
natura artis illius vel alterius muſice vt letos
faciat letiores ꝛ triſtes triſtiores.pp̄ter qđ di
cit ſapiēs.Muſica in luctu melodie nō ē con
ueniens Eccī.xxij.q: ſunt indiſpoſiti ad gau
diū.Sic ꝛ demones dulciter canūt dū ad pec
catū trahunt.ſ̄ lugubriter quādo i pctō deti/
nere volunt.Nā aliquādo p̄tendūt mūdi va=
nitatem.aliquando etatis congruitatem.ali=
quādo peccātiū multitudinez.De p̄mo Eccs̄
iij.Nihil melius dep̄hendi q̄ letari hoiem in
ope ſuo.De ſecūdo Sap.ij.Venite fruamur
bonis.ꝛ vtamur creatura tanq̄ in iuuentute
celeriter.De tertio.ij.Reg.xix.Non ſum me
lior q̄ patres mei.q.di.Si patres mei pecca=
uerūt quare nō ꝛ ego.De q̄rto illud ps̄.Mi
ſericordia eius ſup oia opa eius.q.d.Quare
nō vis peccare cū deus videt adeo miſicors
eſſe?Ecce dulcis cātus tybicinū infernaliū q̄
multos retinet ꝛ delectat pctōꝝ.Si autez de=
mones nō poſſūt ſic homines delectare i pec=
catis vel retinere qn̄ ipſi nitunt penitere.tūc
oſtendūt eis difficultatē continēdi dicētes il/
lud Eccī.xxxiiij.Qui baptizat a mortuo ꝛ ite
rū tangit eū q̄d pderit lotio eius.Vel oñdunt
acerbitatē puniēdi que cogit aliēa reſtituere.
ↄſueta relinq̄re.ꝛ etiā licita abſtinere.Qui de
bēt attēdere illud dictū Bern̄.Mutatis non
aufugetis pniam ſi eam ſpernitis.malū.n.nō
pōt eſſe impunitū.Sed que ē hec cōmutatio.
fugere laborē humanū.ꝛ cū diabolis eligere
ſuppliciū ſempiternū.hec ille.Vel oñdūt de=
ſperatōem ex ↄſideratōe peccatoꝝ multoruz.
Dicunt.n.vt recitat Auguſt.in lib.de cōflic.
vi.ꝛ vir.c.xiiij.Que ꝛ quanta o pctōr cōmiſi R
ſti q̄ grauia crimina.q̄ iniurioſa delicta ꝛ pe
ne in melius nedū vitā mutaſti.nedū ↄuerſa=
tionē vtiliter correxiſti.Ecce.n.vt cernis ma=

la ſp ꝯſuetudine obligatus teneris. conarī ex-
urgere ſi pctõꝝum oneribus ꝑgrauatus rela-
beris. Quid ḡ agendū eſt qñ ꝺ ꝑteritis certa
damnatio imminet. et de pñtibus emendatio
nulla ſuccurrit. niſi amittanꝫ rex tpaliuꝫ vo-
luptates conſequi nequeunt futuri ſeculi ob/
lectatõnes. Sic ductus fuit Chayn. q̄ deſpe-
rans ait Geñ. iiij. Maior ē iniq̄tas mea q̄ꝫ vt
veniā merear. Nos igiꝫ magis credere debe-
mus Aug. qui dicit. Maior ē dei miſcdia q̄ꝫ
nostra miſeria. vel oſtendūt future glorie dif-
fidentiā dicentes Eſa. xxij. Comedamus ꝛ bi
bamus. cras. n. moriemur. ſ. corpe ꝛ aia. et ſic
diffidūt de futura gloria q̄ ad eam putāt ptin
gere ſe nō poſſe cū dicunt Sap. ij. Oñ ex ni-
hilo creati ſumus. ꝛ poſt erimus quaſi nō fue
rimꝰ. Sed iſta rō ipſoꝝ nihil valet. q2 antece-
dēs. ſ. ex nihilo nati ſumus. eſt falſū. Nā pdu
ctio corpis ex aliquo ē. ſ. ex ſemine viri ꝛ mu/
lieris. ꝛ aia corrumpi nō pōt eo q̄ ē immorta/
lis. vt patuit ꝺ. ſmo. xv. C. Etiā ſi corrumpe
reꝫ i nihilū corrumpeꝫ. ſed ipſa nō corrumpi-
tur in illa ex q̄bus componiꝫ. Corpus vo cor
rumpiꝫ i illa ex q̄bus ꝯponiꝫ. ꝛ ideo hec ꝓpo
ſitio eſt falſa. Productio homis eſt ex nihilo.
q2 corpus a parētibus ꝓpagaꝫ. aia aūt a deo
creaꝫ ꝛ infunditꝫ ſm Aug. ideo i corruptione
homis ſoluiꝫ ꝛ aia ſepata viuit. ꝛ hoc eſt q̄ꝺ
dicit Augꝰ. Nunq̄ꝫ ꝓ nobis diuinitꝰ tāta age-
renꝫ ſi cū vita corpis etiā vita aie ꝯſummare-
tur. Ergo opoꝛꝫ q̄ iſti diabolici tibicines eij
cianꝫ qui videnꝫ ſalutē aie impedire. Quar/
to indiget ſuſcitatōe que facta cū corā Petro
Jacobo ꝛ Johanne. ꝛ patre ꝛ mr̄e puelle. In
S hoc moraliꝫ ſignificaꝫ q̄ anima q̄ debet a pec-
catis ſuſcitari ꝑmo debet hr̄e ꝓprie infirmita-
tis cognitōem. ꝛ hec cognitio i Petro q̄ inter
pretaꝫ agnoſcēs ſignificaꝫ. q̄ multū neccia ē in
aia peccatrice. q2 dicit Aug. Laudabilior eſt
animus q̄ infirmitates ꝓprias cognoſcit q̄ꝫ q̄
ſcra nō ꝑſpecta vias ſydeꝝ compꝑhēdit. Scōo
debet hr̄e gr̄e infuſionē q̄ in Johāne q̄ interꝑ
taꝫ in quo eſt gr̄a denotaꝫ. ꝑ quā q̄dē gr̄aꝫ co
gnoſcit pctōꝛ deū. q2 dicit Rychar. Quanto
q̄s ꝓficit in cognitōe ſui tanto ꝓficit in cogni/
tione dei. Tertio neceſſe ē vt habeat pctōꝛum
ſupplantatōꝫ que notaꝫ in Jacobo q̄ ſupplā-
tatio interꝑtaꝫ. Cū. n. homo ex cognitōne ſui
aliquali ꝛ dei incipit ꝓficere tāto acriꝰ diabo/
lus ſolet ꝯtra eū ſuis ſuggeſtiōibus inſiſtere.
Exemplū ꝺ captiuo cui cū ꝓbaꝫ nō eſſe volū-
tas fugiēdi mīme cuſtodiꝫ. ſ hac viſa diligen
tius irretiꝫ. Jō dicit Grego. in moraꝫ. Diabo
lus eo ꝯtra bonas mētes grauiꝰ ſeuit q̄ grati-
oſius eas vallatas diuie ꝓtectōis munere cō-
ſpicit. iō tunc neceſſe ē vt hō eius ſuggeſtiōes
ꝛ pctā ſupplātet. Quarto neceſſe ē vt habeat

diſcipline correctōem que intelligiꝫ i pr̄e quā
quidē teneꝫ ſibiipſi. iuxta illud Cathōis. Cū
quid peccaueris caſtiga teipm. ſubinde. Vul
nera dū ſanas dolor ē medicina dolorī. Quī-
to debet hr̄e elemoſynaꝝ largitōem que i ma
tre deſignaꝫ q̄ natura eſt pia. Jllis ḡ vtutibꝰ
ſuſcitaꝫ aia pctōꝛis. Sexto et vltimo indiget
ſpūali cibatione. q2 dr̄ Marc. v. ꝛ Luc. viij.
Juſſit ei dare mādūcare. q2 dñs ſuſcitata aia
a pctis cibat eā multiplici cibo. Primus ē ſpi
ritualis. ſ. verbi dei. de quo Rabanus dicit.
Si q̄s pabulo vbi dei nō reficiꝫ iſte in anima
nō viuit. Nāꝫ ſicut corpꝰ ſine terreno cibo ita
aia nō pōt viuere ſine dei verbo. Scōs cibus
eſt pnialis. ꝛ eſt panis penitentiū q̄ confici de
bet ex farina ſancte ſpei. ſm. n. pſ. ſperantem
i domino miſcdia circūdabit. Vñ Aug. in li.
de pe. ꝛ poniꝫ de pe. di. iij. circa pncipiū. Tā-
diu gaudeat ꝛ ſperet hō de gratia q̄ꝫ diu ſuſtē
tatur de pnia. Sed ad hanc farinaꝫ debet ap-
poni fermētū amare ꝯtritōis cogitādo ꝺ pec-
catis ꝯmiſſis ſicut Ezechias. Recogitabo ti-
bi oīs annos meos in amaritudine aie mee.
Eſa. xxxviij. Tertius cibꝰ quo cibat deꝰ ani/
mā poſt ſuſcitatōem eſt ſacrālis. de quo Joh.
vj. Caro mea vere eſt cibus. ꝛ ſanguis meꝰ ve
re eſt potus. q̄ manducat ꝛc. De hoc cibo dr̄ i
clemen. de reli. ꝛ vene. ſanc. ſi dñm. Hic cibus
plene reficit. vere nutrit. ſummeq̄ꝫ impiguat.
nō corpus ſed coꝛ. nō carnē ſed aiam. nō ven-
trē ſed mentē. Quartus cibus eſt eternaꝫ quē
manducant hoies cū angelis. vt dicit Bern. i
meditatōibus. Angeloꝝ inquit ꝛ hoim vnuꝫ
erit gaudiū. vnū colloquiū. vnū conuiuium.
Hoc aūt conuiuiū habent homines cū angel
in iocunda viſione deifice trinitatis. ꝛ amabi-
li viſione deifice vnionis. ꝛ in eterna fruitōne
deifice delectatōis. vñ pſ. Satiabor cū appa
ruerit gloria tua. Ad quā gloriā nos letanꝫ ꝓ
ducat ſancta trinitas deus vnꝰ q̄ incepit ꝛ ꝑ
fecit hoc opꝰ. Cui laus ꝛ gl̄ia. bñdictio ꝛ gra-
rumactio ꝑ infinita ſeculoꝝ ſecula Amen.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF